

ARISTOTELES
CRIPPA, BERNARDINO
PIUS V.

**Bernardini Crippae
philosophi in Aristotelis
librum de memoria, et
reminiscentia**

In Aristotelis librum de memoria, et
reminiscentia

apud Alexandrum Benacium
Bologna
1567

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek Wien

I

148.557





BERNARDINI CRIPPÆ

PHILOSOPHI


IN ARISTOTELIS LIBRVM

DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA

AB EO LATINE REDDITVM

ECTHRASES.

AD PIVM .V. PONT. MAX.



*Donus Prof. E. J.
Vener. ad S. Honor
1700*

Apud Alexandrum Benacium.

BONONIAE.

M D LXVII.

I

148557



Pros. gr. II. 78.

M D L X V I I
B O N O N I A E

PIO QVINTO PONT. MAX.

BERNARDINVS CRIPPA

S.



ST, sicuti optime nosti, SANCTISSIME PATER mens hominibus tum ad intelligendum, & contemplandum, tum ad ratiocinandum diuinitus tributa. Eius autem natura, etsi à cæteris omnibus alia penitus, atq; diuersa est, tamen unum illud cum eis commune habere uidetur, ut ad illorum omnium in se recipiendas, & intelligendas species, & formas habilis, & apta sit. Tali uero formarum intellectione, ac receptione quoniam singula quodam modo efficitur, & perfecta redditur, fit, ut, cum ipsas recepit, & intellexit formas, tum per se, ac sua sponte possit & se ipsam, & diuinas mentes, & Deum denique ipsum aliquo modo propter quamdam sibi cum illo similitudinem, atque affinitatem intelligere. Hoc & natura princeps, & duce philosophia, proprium, ut scis, PATER optime habetur mentis curriculum; in quo certe qui unquam diligentius, et præclarius, quàm tu, suam exercuerit mentem, adhuc co-



gnouimus, aut accepimus neminem. Tu enim ab ineunti
usque ætate, quasi tuæ mentis sentires diuinitatem, ut, un-
de illam accepisses, eodem reuocares, atque referres, totam
prorsus ad diuinum cultum contulisti, & addixisti. In
quo uidelicet, ut alacrior, uegetiorq̃ esset, omni eam opti-
marum scientiarum genere, ac rerum notioni-
bus sic im-
buiisti, & instruxisti, ut, quantum humana fert conditio,
ueram, perfectamq̃ mentem reddideris. Ita, cum in se quo-
dam modo uniuersa comprehensa teneat, & ob eam cau-
sam possit per se suum proprium exequi munus, nunquã
ferè cessat, sed tum intelligendo, & contemplando, tum
ratiocinando ad altissimam, & primam omnium uerita-
tem, quæ est DEVS Opt. Max. contemplandam per sæ-
pe sese erigit, ac sublimem tollit. At, quia cognitio animæ
est ad uniuersæ ueritatis contemplationem perneccessaria,
quo facilius, atque tutius illam summam Dei altitudinem
aliqua ratione attingere queat, ex aliarum rerum intelle-
ctione in sui ipsius perspicentiam crebro sese conuertit,
& contrahit. Quamobrem minime mirum, se tam subtili
indagatione, tamq̃ perspicaci contemplatione tum natu-
ram, tum uires, & actiones animæ, in qua imaginem quã-
dam conspicias Dei, persequi soleas. Sed, quoniam non suis
omnibus uiribus, & actionibus anima, sed duabus potif-
simum, quarum una intelligendi, cognoscendiq̃, altera
mouendi est, aliquam sibi esse similitudinem cum Deo de-
clarat, iccirco eorum in primis librorum, in quibus eius-
modi facultates animæ, & actiones pertractantur, lectio
incredi-

incredibiliter tibi probari, & commendari uidetur. Quapropter tua uoluntate adducti librum Aristotelis de motu animalium, & è græco conuersum, & nostris ecphrasisbus explanatum nuper ad te misimus. In quo qualis tua de mea nauata opera fuerit sententia, facile intelligere potui, propterea quòd non ingratum tibi fore significasti, si etiam eiusdem authoris librū de memoria, et reminiscencia nostris similiter uigiliis excultum ad omnium studiosorum usum uideres. Hac mihi tuæ uoluntatis significatione nunciata statim ipsum opus aggressus sum, in quo certe tuum in habendo librorum delectu diuinum iudicium nequaquam satis admirari potui. Quid enim huius libri doctrina præstantius? quid fructuosius? quid communis uitæ usui conuenientius? Nam, cum per memoriam pristinas, atque præteritas nostras renouari, & conseruari cognitiones exploratum habemus, nonne absentia etiam memoriæ ui percipi, & comprehendere intelligimus, siquidem absentium cōprehensione, ac perceptione omnes propemodum uitæ actiones, & functiones continentur? Ex quo quis præterea non uidet nos solius memoriæ beneficio notitias, ac scientias rerum habere, & retinere posse? Cum autem reminiscendo annectamus, & adiungamus præterita præsentibus, quasi illa perpetuantes, & ex uno aliud, tanquam ratiocinando colligimus, an non perspicuum est omne prudentiæ, atq; prouidentiæ, omne industriæ, omne indagatonis, & inuentionis munus ex reminiscencia existere? Quid? Ex ea annexione, & quasi perpetuatione
præte

præteritarum, atque præsentium nostrarum cognitionum
non ne illam uere unam, simplicissimamq̃, & eternam
intelligentiam Dei contemplando per similitudinem quã-
dam assequi possumus? Hæc omnia cum & perspectissi-
ma ex hoc libro habeas, & omnium philosophantium co-
gnitione esse dignissima censeas, te animaduertisse, quàm
difficilis, quàm inenodabilis sit doctrina ipsa non solum
propter abditissima, & occultissima sensa, uerum etiam
propter complures mendosos, ac deprauatos locos, certo
scio. Quare, ne tuæ piæ uoluntati in re tam præclara pro
mea uirili desim, primum sublatis marte, ut aiunt, nostro
mèdis, locos correximus, ac restituiamus, deinde philosophi
sensa ecphrasibus nostris sic euoluimus, & explicauimus,
ut fere prorsus aliter, atque alii, & illi quidem grauissimi,
doctissimiq̃, uiri fecerunt, & sentientem, & loquentem fe-
cerimus Aristotelem. In quo si cuius forte animus offen-
detur, hunc tua summa uelim admonitum autoritate
PATER SANCTISSIME, ut nostrum conatum, &
industriam cum illorum doctrina, & existimatione con-
ferat, cumq̃ utramque operam ad peripateticæ scientiæ
regulam direxerit, tum, quo minus iudicium faciat, nō re-
cusamus. Non enim certe dubitamus, quin apud talem
gravius sit ueritas habitura pondus, quàm cuiuscunque
existimatio, & eo magis, quòd pene infiniti philosophiæ
loci, tanquam ipsius ueritatis fontes ubiq̃; indicii quibus-
dam adhibitis, quasi ob oculos positi sunt. Quocirca, si
etiam in quæstionibus, & contemplationibus, quas suis se-
paratim


paratim locis tractauimus, nos non solum à uulgari philosophantium opinione dissentire, sed etiam recòdita quædam animæ mysteria ex penetralibus philosophiæ protulisse cognoscet, ad eos locos animum semper ut referat, ne uspiam à ueritate aliquo modo abduci possit, itidem censemus. Ad quã quidem ueritatem sagaciter uenandam, & indagandam fateor equidem tua singulari, & inaudita sapientia, tanquam aditus mihi patefactos, & ubi ea occultaretur, quasi latibula indicata esse. Itaque hunc librum de memoria, & reminiscencia sic à nobis tua elucubratum uoluntate ad te in præsentia mittimus, propediem illud etiam maiorum uigiliarum opus, quod expectas, iuuante Opt. Max. q̃ DEO missuri. Vale.

6
INDEX QVÆSTIONVM, ET
Theorematum, quæ ad nonnullas huius
libri particulas necessaria uisa sunt.

QVÆSTIO. Vtrum belluæ usu memoriæ prædita, dum aliquid meminerunt, tempus cognoscant. pag.	18
Theorema. Memoriæ uim in nulla capitis parte, sed in corde locatam esse.	28
Theorema. Memoriam esse animæ facultatem uniuerſa- lia, non autem indiuidua comprehendentem.	29
Corollarium. Quid ſit obliuio, & obliuiſci.	34
Quæſtio. Vtrum poſſit ſine ulla re ſenſibus percepta ali- quod phantaſma intus in anima formari.	35
Theorema. Discere non eſſe reminiſci.	50
Theorema. Quomodo aliud memoria, & aliud remini- ſcentia ſit.	73

IN ARISTOTELIS LIBRVM

DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.



PROOEMIUM.



V^m ^aintellectus diuinus sit, oportet, vt ^beius proprium munus existat sapere, atq; intelligere. Itaque, quando aliquid intelligit, tum ^cid ipsum, quod intelligit, efficitur, & simul ob eam causam ^dverus etiam rectissime dicitur. Nam ^esua natura intellectus tantummodo, quid vnumquodque sit, hoc est, rei cuiusque formam, quæ ^fpræcipua veritas est, percipit, & comprehendit. Tantum ^genim singula habent, vt sint, quantum veritatis esse in eis constat. Ad huiusmodi autem intelligendam veritatem, quia magna tum ^hex nobis, tum ex rebus ipsis obest difficultas, inuentæ sunt scientiæ, quibus, quantum fieri potest, talis difficultatis impedimentum minuatur, atq; tollatur. Intellectus ⁱenim complexus scientiarum principia, quasi maiorem nactus partem veritatis, quæ ab illis principiis pendet, facile ad id, quod reliquum est contemplandum deducitur. Ex quo ^kfinem contemplatricis scientiæ esse veritatem perspicue apparet. Itaque, cum eadem veritas rei cuiusq; , vt diximus, natura sit, necessario, aut substantia, aut accidens est. Quia vero ^lsubstantia per se extat, accidens autem nullo modo sine substantia consistere potest, congruentissime illorum naturis factum est, vt sub-

A stantia

10. Eth. Nic.
c. 7.
4. de partib.
animaliū c. 10.
1. de anima
t. 66.
2. de aia t. 21
3. de anima
t. 19. 20.
2. de genera-
tione anima-
lium. c. 3.
b
10. Eth. Nic.
c. 7.
4. de partib.
animalium.
c. 10.
3. de anima
t. 4.
12. p. phia. t.
39
c
3. de anima
t. 15. 19. 27.
12. p. phia. t.
39
d
3. de anima
t. 26
9. p. phia. t. 22
e
3. de anima
t. 3. 6. 9. 10. 38
f
1. de aia t. 2.
g
2. p. phia. t. 4
h
2. p. phia. t. 1.
i
1. post. t. 21.
2. post. t. 107
6. Eth. Nic.
c. 6.
k
2. p. phia. t. 3.
l
1. ph. t. 14.
1. de genera-
tione, & cor-
rup. t. 12.
7. p. phia. t. 3

m
 1. post. t. 30.
 7. p. phiæ. t. 4
 n
 1. post. t. 31.
 1. ph. t. 28.
 7. p. phiæ. t.
 4. 17. 18. 19.
 o
 1. post. t. 54.
 57. 76.
 1. de anima
 t. 48.
 p
 1. ph. t. 52.
 5. p. phiæ t. 16
 q
 5. p. phiæ t. 20
 r
 6. topic. c. 1.
 loc. 20
 f
 1. de aialiu
 hist. c. 1.
 huius lib. t.
 Ecph. 15.
 t
 1. post. t. 47.
 66. 68.

stantia^m separatim ab omni accidente, ⁿ accidens autem,
 & præsertim proprium non queat sine subiecta substantia
 intelligi. Quocirca, cum omnis scientia, quæ in demonstra-
 tione vertitur, ^o finem sibi propositum semper habeat,
 cognoscere proprium, ac per se accidens alicuius subiectæ
 naturæ conclusionem comprehensum, profectò eadem scien-
 tia & illam ipsam subiectam naturam, tanquam principiū
 eius per se accidetis amplectetur, necesse est P. Omne enim
 subiectum tum natura prius, tum principium eius est,
 quod illi accidit, ac de illo enuntiatur. Itaque, si qualis sit
 aliqua sciētia, summatim explicare volumus, id ex re sub-
 iectæ, & simul ex eiusdem rei proprio, & per se demon-
 strando accidente facere debemus. q Etenim scientia, &
 res, quæ illi proponitur sciēda, in eorum genere sunt, quæ
 ita inter se conferuntur, ^r vt alterum ex alterius noscatur
 notione. Nos igitur in præsentia exposaturi scientiam, quæ
 de memoria, & reminiscētia ab Aristotele tradita est,
 qualis illa sit, breuiter prænosse operæpretium esse duxi-
 mus. Quamobrem & quæ subiecta natura, tanquam prin-
 cipium, & quæ propriæ, ac per se ipsius naturæ affectiones
 demonstrandæ, tanquam finis propositus, sint, videre opus
 est. Id autem facilius erit, si ab affectionibus initium fe-
 cerimus, propterea quòd vbicunque propriæ, ac per se a-
 licuius rei affectiones ponuntur, ibidem & res ipsa neces-
 sario poni debet; quia omnes affectiones re sibi subiecta
 sunt natura posteriores, & sine illa neque esse, neque in-
 telligi possunt. Vnde, cum in huiusce libri principio philo-
 sophus clarissime, apertissimeq. proponat de memoria, et
 reminiscētia, seu de eo, quod est meminisse, ac reminisci,
 sibi agendum esse, dubium minime est, quin animalis natu-
 ram, cui soli, vel memoria seorsum, ^f vt in cæteris plerisq;
 animalibus, vel memoria simul cum reminiscētia inest, vt
 in homine, hæc scientiæ pars habeat subiectam. Nam^t ex
 prin

principiis naturæ animalis omnes hic perficiuntur demonstrationes. Cum ^u autem hæc brevis scientiarum tum ex re subiecta, tum ex affectionibus collecta prænotio esse admodum necessaria videatur, iure in ^x cuiuscunque scientiæ principio statim, & quid affectionum nomine significetur, & ^y quod natura illis per se subiecta existat, simulque vel positione, vel diuisione quid eadem sit præcipi oportet. Etenim positione, atque diuisione idem propemodum efficitur, ^z siquidem quæcunque diuisio probare debet, ea particulatim ponere, ac sumere consuevit. Neque vero est, quod nunc moueamur, si philosophus nec subiectam animalis naturam ullo modo posuerit, neque quid nomen memoriæ, atque reminiscentiæ significet, vspiam hoc in libro explicarit. Quia enim horum vtrunque ^A per se notum est, id facere quidem ineptum, atque superuacaneum fuisset. Cum autem ob conficiendam affectionum demonstrationem explicatio subiectæ naturæ nullo pacto in scientia ^B prætermitti possit, sciendum est, summo, diuinoque iudicio eam in hoc libro, qui est vna scientiæ de animalibus pars, minime positam esse, quandoquidem ex superioribus huius ipsius scientiæ libris, in quibus & omnium corporis partium, & vniuersæ animæ doctrina exponitur, plene, ac facile depromitur. Quare, ut, vnde digressi sumus, reuertamur, & animalis naturam subiectam, tanquam principium, & memoriam, atque reminiscentiam eiusdem naturæ per se affectiones, tanquam finem, esse propositas huic scientiæ ad cognoscendum perspicuum est. Quocirca ab iisdem affectionibus, ut à proprio fine inscriptio libri optime sumpta esse videtur. Ad ^C quod enim tanquam ad suum finem spectat, & peruenire debet, ab eo quamque rem nominari conuenit. Sic igitur à scientiæ fine inscriptiones librorum constituendæ sunt. In quo tamen animaduerti debet, quod, si ex demonstratione, ^D cuius finis est conclusio,

A 2 scientia

u
1. post. t. 1.
x
1. post. t. 73.
76
y
1. post. t. 14.
75
z
2. post. t. 15.
6. p. phiæ t. 1.
2
1. prior. sec.
2. c. 3.
2. post. t. 23.

A
1. post. t. 76.

B
2. post. t. 15.
6. p. phiæ t. 1.

C
5. ph. t. 4. 48.
2. de aia t. 49

D
1. de aia t. 48

scientia constat, vt modo diximus, rei subiectæ affectio statuitur finis. Si uero potissimum ex definitione, cuius finis est eiusdem substantiæ perspectio, & contemplatio, ipsamet subiecta substantia existit finis, & ab ea etiã iccirco inscribendi sunt libri. Id quod in omnibus principiorũ scientiis, sicuti in libris de cœlo, de partibus animalium, & de anima præclare factũ esse apparet. ^E Cœlum enim elementum, & principium vniuersi, ^F partes autem corporis, & anima animalium principia sunt. Nunc autem, quoniam plures, ^G atque inter se diuersæ existunt animalis affectiones, quarum aliæ priores, aliæ posteriores natura sunt, parceret fuit, ut scientia in iis explicandis sic cũ natura, ^H quæ omnibus est causa ordinis, congrueret, vt quæ primæ sunt affectiones, primo loco quæ secundæ, secundo loco, & ita deinceps ordine ex animalis expositis principiis tractaret, ac demonstraret. Quamobrem, ut ab huius scientiæ de animalibus initio cognoscatur doctrinæ ordo cum naturæ ordine perpetuo conuenire, minime nos præterire oportet, quod plurimæ in animalis natura extant affectiones, ^I quarum aliæ omnium animalium cõmunes, aliæ propriæ quarundam separatim specierum sunt, sic tamen, vt ^k ambæ communes animæ cum corpore habeantur. Quare etiam ex animalium vtroq; principio, id est, ex anima, & corpore demonstrationes illarum suis locis confici debent. Cum igitur plerisque hominibus pleræq; animalium affectiones obscuræ, & ignotæ sint, necessario in huius scientiæ principio, quid earum nomine significetur sumẽdum fuit. Quod quidem, nisi prius positæ fuissent corporis partes, ^L (quamuis in homine præsertim, & in aliis nonnullis animalibus notæ essent) haudquaquam, propterea quod in illis existere affectiones videntur, fieri potuisset. Talis autem corporis omnium partium positio, & commemoratio, & ipsarum affectionum explicatio nouem de animalium

E

3. de cœlo. t. 1.

1. meteor. c. 3.

F

1. de aia. t. 2.

2. de aia. t. 4.

G

1. de animalium

hist. c. 6.

lib. de sensu,

& sensib. c. 1

H

9. ph. t. 15.

I

1. de partib.

animalium. c. 1.

lib. de sensu

& sensib. c. 1

k

1. de aia. t. 14

15.

lib. de sensu

& sensib. c. 1

L

1. de animalium

hist. c. 6.

lium historia libris plenissime comprehenditur. Vt autem ex naturæ subiectæ principiis, atque ex propriis causis demonstrari affectiones queât, deinceps, aīalis principia, hoc est partium corporis, ^M quod instar materiæ est, & animæ natura, quæ est forma, uberrima explicatione tractantur, & primū quidem singillatim partes corporis, ^N quia subiectum est, quatuor de partibus, & vno de ingressu animalium libris, deinde aliis tribus oīs complectitur animæ uis. Hac autem tota doctrina principiorum, quibus animal cōstat, percepta, & cognita, sequitur, vt ex iisdem principiis communes animalium affectiones suis demonstrationibus perspicuæ reddantur. Earum sanè prima omnium est, qua animal constituitur animal. Talis videlicet sensus est, quippe quod ^O animal, simul atque vim, & facultatem sentiendi nactum est, incipit animal esse. ^P Quia vero sensus bipartitus est, vnus interior, simplex, & principium, alter exterior, multiplex, & ab interiore pendens, vterque sic à natura est institutus, vt partim inter se conueniant, & iungantur, partim discrepent, & dirimantur. Conueniunt quidem, quoniam neque exterioris actio ulla stabilis, ac firma esse potest, ^Q quæ non ad interiorem pertineat, & perueniat, neque interioris, ^R nisi exterioris aliqua prius extitisset. Discrepant autem, quòd interior suum persæpe exequitur munus, nihil prorsus, quod ad tale munus spectet, ^S exteriore agēte, præterea exterior externa tantummodo, ^T quæ præsentia sunt, percipit, & ea proprie sentire, interior autem, ^V quæ intus in anima continentur, nouit, & illa, si iam præterierunt, meminisse, aut reminisci dicitur. Ex quo, quatenus istæ sensuum actiones inter se distinctæ sunt, atque diuersis nominibus appellantur, separatim in scientia iure optimo tractantur. Itaque, cum sensus exterioris actio tempore prior sit, & notior, quàm interioris, recte post scientiam de anima continuo exteriorum

M

2. de aīa. t. 43

N

5. p. phiē t. 16

O

2. de partib.

aīalium. c. 12

2. de aīa. t. 16

3. de aīa. t. 67

2. de gener.

aīalium. c. 33

P

2. d. aīa. t. 145

usq; ad t. 150

3. de aīa. t. 31

32

Q

1. de aīa. t. 64

2. d. aīa. t. 145

usq; ad t. 150

3. de aīa. t. 31

32.

lib. de motu

aīalium. t.

Ecph. 22

R

3. de aīa. t. 33

S

2. d. aīa. t. 153

156

3. de aīa. t. 33

huius lib. t.

Ecph. 2

T

2. de aīa. t. 59

60.

V

3. de aīa. t. 32

33.

huius lib.

t. Ecph. 4. 5.

riorum sensuum doctrina vno de sensu, & sensibilibus exponitur libro. Quem quidem librum tractatio, atque cognitio hæc interioris, communisque sensus, quo animal præterita sentiendo meminit, ac reminiscitur, iure tum naturæ, tum scientiæ subsequitur. Vt igitur eandem tractationem quasi vno, mentis obtutu totam facile conspiceretur, breuiter, quæ ratio, & qui modus in illa tradenda sit seruatus videamus, velim. Sunt, vt ante dictum est, memoria, & reminiscētia affectiones per se animalis, ideo scientiæ vis postulat, vt definitione, seu demonstratione (idem ^X enim in accidentibus definitio, & demonstratio valet, quamuis enuntiandi modo inter se differant) vtræque ostendatur. Verum, quia id effici, nisi sumatur natura, in qua primo insunt, non potest, necesse est, vt in ipsarum explicationem ea animæ pars, quæ illis primo subiecta est, adhibeatur. Hac autem animæ parte talibus facultatibus prædita quæ agimus interdum, id est meminimus, aut reminiscimur, propterea cuius causa animal meminit, & reminiscitur, deinceps necessario declaratur. ^Y Omnis enim agens alicuius gratia agit. Itaque in tres præcipuas partes totam hanc doctrinam esse distributam video, in præmium, quo res ipsa scienda, & modus sciendi proponitur, deinde in memoriæ, quæ latius patet, & prior est, quàm reminiscētia, tractationem, & explicationem, tum in reminiscētiæ inuestigationem, & contemplationem; ac rem quidem sic se habere tota iam ipsius scientiæ notitia nobis plenam faciet fidem.

X

1. post: t. 64.

2. post: t. 6. 7.

45


Y

6. Eth. Nico.

c. 2.

7

IN ARISTOTELIS LIBRVM
DE MEMORIA, ET REMINISCENTIA.
ECPHRASES.



ARISTOTELES.



E Memòria autem, & de eo, quod est meminisse, dicendum, quid est, & propter quā causam fit, & cui particularum animæ hæc accidit affectio, & ipsum reminisci. Non enim iidem sunt, in quibus memoriæ, & in quibus reminiscentiæ uis inest, sed plerunque plus quidem memoria tardi, reminiscentia autem plus celeres, & dociles valent.

ECPHRASIS I.



OT ^a hæc scientiæ pars constituta est, primum ut memoria, & meminisse, deinde ut reminiscentia, ac reminisci planè explicetur. Quare opus quidem esset, ambo, quia cuiusdam animæ partis sunt habitus per se, & affectiones, de mōstratione cognoscere. Verū, quia ^a definitio principium demonstrationis est, & ^b ab ea solum enuntiationis terminatione differt, ac propterea in ^c accidentibus idem,

²
1. post. t. 14.
64
2. post. t. 14.
46
b
1. post. t. 64.
2. post. t. 45.
46
c
2. post. t. 6. 7.
45

d
1. post. t. 31.
57. 66. 68.
1. ph. t. 28.
7. p. phis. t. 17
e
6. topic. c. 2.
loc. 46.

f
6. eth. Nico.
c. 2.

g
8. p. phis. t.
12.

h
2. de partib.
animalium. c. 2.

i
3. de partib.
animalium. c. 4.

k
2. de partib.
animalium. c. 2.
3. de partib.
animalium. c. 4.

idem, quod demonstratio, significat, optime, quid memoria, & quid reminiscencia sit, definitione potissimum ostenditur. Cum autem nullus per se habitus, vel affectio sine natura, in qua primo inest, ^d neque definiri, neque demonstrari possit, recte factum est, ut, quæ sit ea pars animæ, ^e quæ primo memoriæ, ac reminiscentiæ subiicitur, quærere, & inuenire oporteat. Nam memoria, & reminiscencia esse deinceps in pluribus dici possunt; etenim & in animali, & in anima, & in aliqua præcipua parte animæ dicuntur esse. His autem perceptis, & cognitis, quoniam ^f omnis actio consulto suscepta alicuius causa esse semper videtur, sequitur, ut quam ob causam animal meminit, ac reminiscitur, planum fiat. Ita enim ex omnibus causarum generibus, ex forma, sine, ac subiecta natura, quæ non materia, sed substantia ^g quædam est, & propterea vim etiam efficientis habet, hæc scientiæ pars pulcherrime constat. In ea quæ non sine ratione de memoria primum separatim à reminiscencia tractatur, & consideratur. Nam etsi memoria, & reminiscencia sunt affinitate quadam inter se iunctæ, tamen natura prorsus diuersæ, atque distinctæ videntur, non solum, quia in hominibus utraque simul inest, in reliquis autem plerisque animalibus memoria tantummodo reperitur, sed etiam, quoniam in hominibus ipsis plerumque, cum vna earum adest, altera abesse perspicue cernitur. Etenim hebetes, tardique homines, in quorum animis propter ^h crassum, spissumque sanguinem, ac ⁱ cordis duritiem altius desiguntur, & expressius informantur, atque firmitus retinentur rerum phantasmata, maiorem memoriæ, minorem vero reminiscentiæ vim obtinere solent. Contra autem celeres, ingeniosi, & dociles, quamuis ob sanguinis tenuitatem, & puritatem, ac cordis mollitiem leuiiores, tenuioresque excipiant phantasmatum impressiones, tamē, quia ^{ob} eam causam ingeniosiores, promptiores, & ad rationandum

cinandum, atque ad aliquid inuestigandum, & inueniendum faciliores, acutioresque sunt, minus quidem memoria, plus autem reminiscentiæ facultate pollere conspiciuntur.

ARISTOTELES.

PRIMUM igitur considerandum, qualia sunt, quæ memoria comprehendi possunt. Sæpe enim hoc fallit. Neque enim contingit meminisse futurum, sed est opinabile, & sperabile, (esset autem etiam scientia quædam rei sperabilis, quemadmodum nonnulli aiunt diuinationem) neque præsentis, sed sensus: eo enim neque futurum, neque præteritum cognoscimus, sed præsens solum, memoria autem præteriti est. Præsens autem, quando adest, ut hoc album quando videt, nemo diceret meminisse; neque id, quod contemplatione tractatur, contemplans, & intelligens, sed illud quidem sentire dicit, hoc autem scire solum. Cum autem sine operibus habuerit scientiam, & sensum, sic meminit angulos trianguli, quod duobus rectis æquales, tum quod didicit, vel contemplatus est, tum quod audiuit, vel quod vidit, vel aliquid huiusmodi. Semper enim, cum iccirco agit, quia meminit, sic in anima dicit, quod prius hoc audiuit, vel sensit, vel intellexit. Est igitur memoria neque sensus, neque existimatio, sed horum

B alicuius

alicuius aut habitus, aut affectio, cum effluerit tempus. Ipsius autem nunc in ipso nunc non est memoria, quemadmodum est dictum. Est enim præsentis sensus, futuri spes, præteriti autem memoria. Quapropter post tempus omnis memoria. Itaque quæcunque tempus sentiunt, hæc sola ex animalibus meminerunt, & eo, quo sentiunt.

ECPHRASIS II.

CAUSA proxime est exposita, cur de memoria seorsum, & reminiscencia agendum sit. Cum igitur memoria latius pateat, & tum natura, tum tempore prior sit, quam reminiscencia, iure initium doctrinæ ab illa fieri debet. In quo quidem initio, quoniam memoria est cuiusdam partis animæ affectio per se, & uis quædam ad cognoscendum data, ut eius commode possit explanari natura, diligenter, quæ sit ea pars animæ, in qua primo per se inest, inuestigare, atque perspicere conuenit. Id autem multo facilius, multoque melius faciemus, si ab iis, quæ per memoriam ab eadem animæ parte cognosci, comprehendique possunt, exordiemur. Ita enim tanquam^a ab his, quæ nobis notiora, & perspectiora, ^b ac ratione priora sunt, ad ea, quæ natura magis cognita habentur, doctrinæ ratio progressum faciet. In primis igitur nobis exploratum sit, omnem nostram cognitionem, ^c quia mutatio quædam ad perfectionem est, necessario & ^d cum tempore esse, & ^e temporis differentiis distingui. Sed, cum ^f tempus in præteritum, instans, & futurum distribuatur, etiam cognitionem nostram aut præsentium, vel tanquam præsentium, (vt eorum, quæ necessario futura sunt, quorum principia, & causa

- ^a
1. ph. t. 2.
1. de partib.
aialium. c. 1.
^b
2. de aia. t. 33
^c
2. de anima
t. 57. 58. 59.
60
3. de anima
t. 28.
^d
4. ph. t. 129.
6. ph. t. 50.
^e
3. de aia. t. 22
^f
4. ph. t. 121.

causæ in præsentia noscuntur, aut præteritorum, aut futurorum esse. Ac præsentia quidem, si exterioribus percipiuntur sensibus, & extra, & indiuidua sunt, si autem mente, aut interiori sensu communi, intus in ^h anima, tanquam vniuersalia, sicuti etiam præterita, semper continentur, futura vero, si necessaria non sunt, extrinsecus semper aliquo accipiuntur modo. Harum autem cognitionum certissima, & firmissima habetur ea, quæ præsentium est, huic proxima, quæ præteritorum, omnium tenuissima, & incertissima, quæ futurorum. Etenim, quæ futura sunt non necessaria, ⁱ vix aliqua hominum certa cognitione comprehendendi possunt. Cum igitur tria esse appareant generorum, quæ in aliquam animalium notitiam cadunt, cuiusnam generis sint, quæ ad memoriæ notionem spectent, videamus, oportet. Fit enim, ut homines in his interno- scendis grauitè nonnunquam errent, & decipiantur. Nam futurum nullo certe modo per memoriæ cognosci potest, propterea quòd aliis quibusdam duabus animæ viribus inter se iunctis, quæ sunt opinio, & spes, cognoscitur. Quòd autem opinio, & spes societate quadam iungantur, ex eo facile intelligitur, quòd ^k opinio est ex quibusdam ipsius compositi affectionibus, & signis animo conceptis, quæ tamen fallere possunt, cognitio quædam rationis, spes autem rei futuræ corroborata opinio. Quocirca, si his animæ viribus, quæ ab aliis distinctæ sunt, futurum noscitur, profectò consentaneum est, ut ^l id ipsum etiam à præsentibus, & præteritis, quatenus cognosci possunt, discrepet, atque diuersum sit. vnde proprio quoque cognitionis nomine sperabile, & opinabile solet appellari. Eiusdemq., ut sperabile est, scientia quædam, qualem esse diuinationem nonnulli asserunt, tradi posset, quæ quidem, quatenus per somnium consuetur, in his, quæ post tractabuntur, demonstrabitur. Multo autem minus fas est, memoriæ esse

g
2. de anima
t. 59. 60.
h
2. de aia t. 60
3. de aia t. 9.
10. 30. usque
ad t. 40.

i
2. de genera-
tione, & cor-
rup. t. 64.

k
1. post. t. 196
7. ph. t. 19.
2. d aia. t. 157

l
6. Eth. Nico:
c. 1.

m
I. post. t. 182.
2. de aia t. 60
7. p. phiæ t.
35.

n
3. de anima
t. 32. 33.

o
3. de anima
t. 39.

p
2. de anima
t. 154.
3. de anima
t. 1. 5.

rei præsentis asseuerare, siquidem ^m præsentis proprius est sensus. Hoc enim neque futurum, neque præteritum, sed præsens solum cognoscere, atque percipere licet. Quod quidem præsens, si extra fuerit, à quopiam externorum sensuum, si vero intus in anima, aut ⁿ ab interiori communi sensu, aut à ratione comprehendetur. Quare reliquum est, ut tantummodo præteritorum memoria sit. Qualia vero ista præterita existant, nunc esse considerandum videtur. Nanque, cum quis hoc album exempli gratia, quod est præsens, videt, & quippiam contemplatur, atque animi intelligentia complectitur, ^o (quod videlicet sine præsentis phantasmate fieri nequit;) is nullo pacto neque eiusmodi album, quod tum videt, neque illud, quod eo tempore contemplatur, & intelligit, meminisse, sed vnum sentire, alterum scire solum dicitur. Cum autem aliquo temporis spatio, postquam & viderit, & contemplatus fuerit, & intellexerit, sine operibus, id est, sine sensatione, & contemplatione, atque intellectione reuocauerit, ac tenuerit illum pristinum sensum, & pristinam illam sciëntiam, (quod nimirum nihil aliud est, nisi contueri phantasma, ut imaginem eius rei, quam prius sensit, & contemplatus est, & intellexit,) tunc sic meminit verbi gratia angulos trianguli æquales esse duobus rectis, dum intuetur phantasma, tum quia rem ipsam ante didicit, vel contemplatus est, tum quia vidit, vel audiuit, vel alia eiusmodi ratione cognouit. Semper enim, cum in memoriæ versatur actione, atque usu, & rei meminit alicuius, se prius eam rem audiuisse, vel aliquo modo sensisse, vel intellexisse animo secum, & cogitatione reputat, atque dicit. Quamobrem ea possunt per memoriam ab anima comprehendere, quæ prius aut sensu, aut ratione, & intellectu percepta fuerint. Ex quo manifestum constat memoriam, neque sensum, neque existimationem, hoc est, ^p neque prorsus intellectum, aut quo
contem-

contemplamur, aut quo ratiocinamur, aut quo provide-
mus, aut deniq; quo opinamur. sed, quia per illam ea per-
cipiuntur quæ prius aut sensimus, aut intelleximus, necesse
est, ut ipsa sit, vel habitus, vel affectio, (quæ q hoc loco idē
significat,) sensus, vel intellectus, postquam temporis ali-
quid effluxerit. Quæ verò nunc, seu in tempore instanti
sunt, fiunt, & cognoscuntur, nunc, siue in eodem instanti
nequeunt, ut dictum iam est, per memoriam comprehen-
di. Nam præsentis cognitio ad sensum, futuri ad spem, præ-
teriti ad memoriam suapte natura est accommodata, atq;
attributa. Ex quo memoriam omnem esse post aliquem
temporis fluxum perspicuum est. Quapropter illa solum
animalia, quæ tempus sentiunt, & cognoscunt, meminisse
possunt, & ea parte animæ, in qua sentiendi, non autem in-
telligendi vis inest. Id autem cur sic se habeat, causam de-
inceps considerare aggrediamur.

q
s. p. phis. e.
25. 26.

ARISTOTELES.

QVONIAM autem de phantasia dictum est
prius in iis, quæ de anima, etiam quod intelligere
non est sine phantasmate. Accidit enim eadem
affectio in intelligendo, quæ etiam in aliquam fi-
guram describendo. Nam & ibi, cum nulli nobis
usui sit, quòd quantum sit definiti trianguli, ta-
men describimus definitum secundum quantum,
& intelligens eodem modo, etsi non intelligat
quantum, ponit ob oculos quantum, intelligit au-
tem, non ut quantum. Si autem natura sit quan-
torum, indefinitum autem, ponit quidem quan-
tum

tum definitum, intelligit autem ut quantum solum. Quam igitur ob causam non contingit intelligere neque sine continuo, neque sine tempore ea, quæ non sunt in tempore, alia tractatio. Magnitudinem autem necessarium est cognoscere, & motum eo, quo & tempus, & phantasma est communis sensus affectio. Quare perspicuum, quod primo sensitiuo cognitio horum est. Memoria autem, quæ est intelligibilium non sine phantasmate est. Quapropter eius, quod intelligitur, per accidens esset, per se autem primi sensitiui. Itaque & aliis quibusdam animalibus inest, & non solum hominibus, & habentibus opinionem, vel prudentiam. Si autem intellectiuarum particularum esset, non inesset multis aliorum animalium, fortasse autem nulli carentium ratione, quoniam neq; nunc omnibus, propterea quod non omnia temporis sensum habent. Semper enim, cum agit memoria, (sicuti & prius diximus) quod uidit hoc, vel audiuit, vel didicit, sentit præterea, quod prius; prius autem, & posterius in tempore sunt. Cuius igitur particularum animæ sit memoria, patet, quod cuius & phantasia, & ea sunt, quæ per se memoria percipi possunt, quæcunque phantasia tractari queunt, per accidens autem, quæcunque non sine phantasia.

E C P H R A S I S III.

E A solum, quæ præterierunt, & aliqua priore, vel sensuum, vel intellectus cognitione percepta fuerunt, posse memoria comprehendere declaratum est. Ex quo, quia memoria neque sensus, neque intellectus est, sequi uidebatur, ut alterutrius istorum necessario aut habitus quidam, aut affectio esset. Quoniam autem posuimus eam non intellectus, sed sensus affectionem esse, quomodo, & quæ de causa res sic se habeat, nunc indagemus, atque dispiciamus. Primum igitur, quæ in scientia de anima sunt de phantasia, ac ratione intelligendi tradita, atque præcepta, nunc ea pro compertis, & repetitis habeamus. Tunc enim a & phantasiam esse motum à sensu, qui in suo actu sit, & b ab eadem in anima formari phantasmata, & sine c his nihil posse intelligi demonstratum est. Nobis enim, dum aliquid intelligimus, & contemplamur, eadem animi affectio contingit, quæ geometræ in quapiam describenda figura contingere solet. Vt enim geometra, d cuius scientiæ, atque contemplationi intelligibilis quanti natura subiicitur, descripturus, demonstraturusque triangulum, quamuis in demonstrando nullam ducat rationem alicuius certi, definiti, atque sensibilis trianguli, sed ad vniuersale, & intelligibile animum intentum teneat, tamen aliquod triangulum quanto sensibili definitum describere, & ob oculos ponere necessario cogitur, sic etiam intelligens, ac contemplans, etsi e solas rerum formas sine ulla materie, & quanti proprietate intelligit, & contemplatur, tamen in illis intelligendis, & contéplandis f quopiam phantasma, in quo est materiæ, & quanti similitudo, ante mentis oculos sibi proponat, necesse est. & id quidem etiam si contéplatio non phantasmatis causa, sed speciei,

a

2. d. aia. t. 161

b

2. d. aia. t. 155

c

3. de aia. t. 30

32. 39.

d

1. post. t. 101

7. p. phiæ. t.

35. 39.

8. p. phiæ. t. 15

16

13. p. phiæ.

c. 3

e

3. de aia. t. 3.

9. 10. 32. 38.

39

f

3. de aia. t. 32

39.

ciei, quæ in phâtaſmate eſt, ſuſcepta ſit. Si uero ille ipſe aliquam contemplaretur naturam, quæ eſſet ſpecies quædam indefinita quanti, veluti eſt linea, ſuperficies, aut aliud eiufmodi, proponeret quidem ſibi in phantaſmate ſimilitudinem alicuius definitæ, & indiuiduæ lineæ, uel ſuperficieï, ſed tamen vniuerſalem tantummodo lineam, aut ſuperficiem, non autem illam definitæ, & indiuiduæ ſimilitudinem in phantaſmate incluſam, intelligeret, & contemplaretur. Cum igitur nulla res, quæ magnitudini iuncta ſit, ſine phantaſmate, per quod magnitudinis ſimilitudo reſertur, intelligi poſſit, ſi quis eſſe quærendum putaret, cur diuinas mentes ^g quæ & ab omni materia, ac magnitudine liberæ, ^h & extra omne tempus ſunt, nequaquam ſine motu, qui in orbem cietur, & propterea continuus, perpetuusque eſt, neque ſine tempore intelligere licet, iſ in primam ⁱ philoſophiam, cuius hæc contemplatio propria eſt, reiiciendus eſſet. Vt autem ad inſtitutum redeamus, quoniam magnitudinem ^k motus, motum autem ſemper conſequitur tempus, neceſſe eſt, ut eadem animæ parte, qua tempus cognoscimus, etiam magnitudinem, & motum cognoscamus. Hæc autem tria ita ſe deinceps conſequuntur, vt vnum alterius quaſi materia ſit. propterea cum copulata cognoscuntur, quia ſic ſenſibilia ſunt, neceſſario ex eorum cognitione in cõmuni ſenſu phantaſma ingenerari oportet. Quapropter eorũ cognitionem, atque comprehensionem eſſe communi ſenſui, qui eſt principium ſentendi, aſſignandam, facile intelligi poteſt. Itaque, ſi cum memoria tempus vnà cognoscendum eſt, dubium certe nulli eſſe debet, quin memoria habitus, & affectio communis ſenſus exiſtat. Qua quidem ſi nonnunquam ea etiam, quæ intelleximus, contemplatiq; ſumus, meminimus, id accidit, quia ſpecies, quæ intelliguntur, in phantaſmatibus, quorũ m per ſe memoria eſt, incluſæ condun-

tur

- ^g
 8. ph. t. 86.
ⁱ 12. p. phic.
 t. 30. 41.
^h
 4. ph. t. 117.
 120.
 1. de cõlo. t.
 100.
ⁱ
 12. p. phic.
 29. 30. 38.
^k
 3. ph. t. 70.
 4. ph. t. 99.
 113.
 5. p. phic. t.
 18

tur, ¹intellectusq. in phantasmatibus species intelligit semper. Quamobrem potest memoria per phantasma esse etiam rei, quæ intelligitur, per se autem, & sua natura in ea parte animæ, quæ est sentiendi principium, primo consistit, atque tenetur. Quocirca non solum in hominibus, qui intellectus ope vim & opinionis, & prudentiæ habent, sed etiam in aliis quibusdam animantibus intellectu carentibus inuenitur memoria. Quæ, si propria esset intellectus, vel quo contemplamur, vel quo ratiocinamur, vel quo alia quacunque ratione agimus, nunquam certe multis aliis animalibus intellectus omnino expertibus inesset; fortasse autem neque illorum alicui, quoniam neque nunc in omnibus esse cognoscitur; propterea quod memoria semper aliquam temporis notitiam sibi adiunctam habet, cætera vero animalia præter hominem non omnia sensu, atque cognitione temporis prædita sunt, ut muscæ, vermes, & alia id genus imperfectiora. Semper enim, ut antea quoque dictum est, cum memoriæ actione utimur, atque meminimus nos vel vidisse, vel audisse, vel didicisse aliquid, simul insuper sentimus, quod prius aut vidimus, aut didicimus, ^mprius autem, & posterius in temporis natura sunt. Quo igitur pacto, & qua de causa memoria non intellectus, sed communis sensus, in quo etiam phantasie operatio in formandis phantasmatibus versatur, sit habitus, seu affectio, prætereaq., quod per se, ac sua natura memoria comprehendendi possunt, quæcunq; sub phantasie complexu cadunt, non per se autem, sed ut extranea phantasmatum, quæcunque species intelligibiles sunt, quæ sine phantasia concipi animo nequeunt, hætenus declaratum est. Itaque, quid memoria sit, in promptu est, cuius autem causa animalibus illius usum tribuerit natura, deinceps videamus.

1
3. de anima
t. 3. l. 19.

m
4. ph. t. 101.
115. 129. 131.
12. p. phis. t.
29.

Quæstio. Vtrum belluæ usu memoria prædita, dum aliquid meminerunt, tempus cognoscant.

SEd primum, quia nunc non solura hominem, verum etiam alia pleraque animalia rationis expertia usu memoria valere, & temporis cognitionem habere accepimus, quærendum esse censemus, nunquid animalia ratione carentia, quæ natura meminisse possunt, cum memoria vtuntur, tum tempus simul etiam cognoscant. Nam quispiam fortasse nonnullis adduceretur rationibus, vt nullam esse in belluis temporis cognitionem existimaret. Earum autem rationum hæc vna est, si belluæ tempus cognoscerent, necessario tempus aliquo sensu perciperetur, sed tempus nullo prorsus percipitur sensu, ergo belluæ tempus minime cognoscere possunt. Quod autem id verum sit, quod primo loco sumptum est, patet, quia^a omnis belluarum cognitio sensibus constituitur, & continetur. Quod vero oppositum consequentis, hoc est, quod tempus nullo percipiatur sensu, extra omnem controuersiam putari debeat, ex eo intelligi potest, quod tempus nulli sensui, vt proprium sensibile subiicitur: neque enim visibile, neque odorabile, neque audibile, neque tangibile, aut gustabile re vera est. Sed neque pluribus communiter sensibus esse subiectum censerì oportet, ^b quoniamque enim duntaxat communia sensibilia sunt, motus, quies, figura, magnitudo, & numerus. Alteram autem formabimus rationem ex quibusdam, quæ nobis explorata esse ante omnino debent. Primum autem illorum est, quod ^c prius, & posterius in eorum numerantur genere, quæ ad aliquod aliud referuntur; secundum, quod hæc, quæ mutuo inter se conferuntur, ^d omnium generum tenuissime, atque minimæ naturæ sunt, quin etiam alicuius aliorum generum
semper

^a
2. de anima
t. 152.

3. de anima
t. 60.

1. p. phi. c. 1

101. 3. 84.

101. 3. 84.

101. 3. 84.

101. 3. 84.

^b

2. de anima

t. 64. 133.

^c

5. p. phi. t.

10

^d

1. Eth. Nic. c. 6

14. p. phi. c.

c. 3

semper affectiones, & quasi appendices quædam existunt. Tertium, quod istorum natura propter eius tenuitatem, & exilitatem, & quia etiam accidentium, atque sensibilibus affectio est, omnino sensuum effugit notitiam, solaque ratione comprehenditur. Ex his igitur huiusmodi conficitur ratio; quæ ad aliquid aliud referuntur, ut talia sunt, non sensibus, sed sola ratione percipiuntur, prius, & posterius inter sese referuntur, ergo prius, & posterius, ut talia, non sensibus, sed ratione sola percipiuntur. Cum autem rationis partes sint fultæ illis verissimis, ac firmissimis positionibus, sit etiam, ut conclusio firmissima, verissimaque haberi debeat. Quare absurdum esse videtur, asserere à belluis, quæ rationis prorsus expertes sunt, dum aliquid meminerunt, prius, & posterius, ^e ex quibus tempus constatur, cognosci, atque sentiri. Est præterea huic stabilien-
dæ, confirmandæque sententiæ grauisissimus testis philosophus ipse, qui ^f negat tempus ullo pacto esse posse, nisi esset anima rationis particeps, quæ numeraret, ac distingueret prius, & posterius, ^g alioque loco planissime testificatur etiam, illa tantummodo animalia, in quibus cupiditas cum ratione pugnat, habere temporis sensum, & cognitionem; quasi in quibus temporis notitia sit, in iisdem quoque esse rationem significaret, & affirmaret. Attamen hic vidimus, atque intelleximus non solum ab homine, sed à multis etiam aliis animalibus ratione penitus uacuis, quando posterius meminerunt se prius sensisse, vel fecisse aliquid, tempus necessario sentiri, atque cognosci. Quod quidem ita esse, etsi permultis exemplis confirmari, corroborarique potest, tamen paucis in præsentia contenti erimus. Videmus enim equum, si vel semel aliquam cōfecerit viam, sic illam postea meminisse, ut, cum opus sit, eandem sine ullo errore, atque sine illius, qui vehitur, rectione optime conficiat. videmus hirundines anno posteriore in eandem se-

e

4. ph. t. 101.

115. 129. 131.

12. p. phîæ. t.

29.

f

4. ph. t. 131.

g

3. de aîa t. 53

dem, in qua superiore anno nidum construxerunt reuerti. Quid? nonne ego sæpissime animaduerti passeret non modo meminisse locum, quò prius aduolassent, verum etiam certam, & statam temporis horam, qua conuolare quotidie eodem solebant? Etenim domi meæ, ubi micæ, ac reliquæ mensæ proiiciebantur, quotidie, & eadem hora prandii passeret illhuc ad pastum aduolabant, vt etiam, cum distentus studiis tardius, quàm opus esset, ad prandiū descenderem, à puero, & ab ancilla, qui mihi ministrabāt, plerunque admonerer, horam esse prandii, quia passeret aduolassent. Neque profecto ista nunc commemorata animalia talem memoriæ usum haberent vnquam, nisi & se prius aut viam confecisse, aut in illa sede, vel in illo loco fuisse, & simul tunc posterius eandem vel viam, vel sedem, vel locum animo repetere cognoscerent. Hæc autem prioris, atque posterioris cognitio nihil aliud, quàm tempus sentire, atque cognoscere, est. Quamobrem non est, quòd dubitemus, quin bellus, quàmuis ratione careant tamen tempus, dum aliquid meminerunt, cognoscant. Restat igitur, vt controuersia, quæ in his videtur esse, tollatur. Quod sanè nobis facilius erit, si quatuor ante probè cognita, atque accepta tenuerimus. Horum autem primum est, ^h tempus esse numerum motus per prius, & posterius, alterum, omnia, ⁱ quæ materiam habent, dupliciter tractari posse, & ex ipsius totius compositi proprietatibus, quæ communes sunt materiæ, ac formæ, & ex solius formæ separatim conditionibus: tertium, ^k harum duarum tractationum superiorem ad sensum, posteriorem ad intellectum, & rationem attinere; quartum, & postremum, ex materia, & forma tempus, quemadmodum ^l cætera omnia, constare, motus enim est tanquam temporis materia. ^m Nam tempus est affectio quædam ipsius motus. Expositis igitur hoc modo quatuor istis facilis existit, atque

prompta

h

4. ph. t. 101.
131.

i

1. de celo. t.
95.

3. de aia. t. 9.

10.

7. p. phiæ t.
53.

k

3. de aia. t. 10
37. 38. 39.

l

3. de aia. t. 17

m

4. ph. t. 115.

prompta contrariarum rationum solutio. In illarum enim prima oppositum consequentis erat, quod tempus nullo prorsus percipitur sensu, id quidem si ex parte formæ accipiatur, hoc est, quatenus tempus constat per prius, & posterius, quæ instar formæ habentur, verum esse concedi debet, si uero, quatenus ex motu, ⁿ qui locum obtinet materiæ, ut hic intelligi oportet, negandum omnino est. quoniam pluribus communiter, ut diximus, motus percipitur sensibus, non tamen sine subiecta magnitudine, in qua fit. Nam tempus sine motu, motus autem sine magnitudine aliqua, in qua efficiatur, esse non potest. Quare equus, hirundines, passeres, locum potissimum, quem prius nouerunt, & motum itidem, quem prius fecerunt, quibus consequens est tempus, cognoscunt, & sentiunt. Similiter autem secundæ quoque rationi esse occursum putare debemus, si quidem prius, & posterius particulæ sunt formæ temporis, quas videlicet particulas, ut inter sese conferuntur, & tenuissimæ naturæ esse, & sola ratione comprehendere fatendum est, neque tamen id contra totius temporis ex sua materia, & forma constituti cognitionem, quæ ad sensus pertinet, facere apparet. Itaque solutis hoc pacto contrariis rationibus veram etiam videamus locorum, qui citati fuerunt, interpretationem. Eorum vnus erat, quod nullo modo tempus esse posset, nisi animæ nostræ intellectus, numerans, ac distinguens prius, & posterius efficeret, constitueretq. temporis naturam, & formam. At istud quidem nihil obstat, quod minus belluæ tempus ex sua materia, & forma compositum sentiant, atque cognoscant. Alter autem is fuit, ut in quibus cupiditas cum ratione pugnaret, in iisdem solum esset temporis sensus, & notitia. Talem autem temporis sensum, & cognitionem esse ex parte formæ ibidem philosophus ipse declarat. Nam, quia cupiditas solum mouet propter id, quod tanquam iucundum

n
4. ph. 1. 22.

dum in præsentia percipitur à sensu, intellectus prævidens, atque præcipiens, quod posterius futurum est, aduersatur cupiditati, & ab illo præsentis apparente iucundo iubet hominem se reuocare, atque retrahere. Vnde, cum tota rationis, & cupiditatis pugna sit, quia ratio cognoscit ipsum posterius, quod est particula formæ temporis, perspicuum est, quod in quibus cupiditas repugnat rationi, in iis repugnantia eiusmodi propter cognitionem formæ temporis existit. Quamobrem remanet; vt belluæ usu memoriæ præditæ, dum aliquid meminerunt, tempus consistens simul ex sua materia, & forma sentiant, atque cognoscant; sic tamen, vt talis cognitio, & sensus non certi, ac definiti, sed incerti, & nullo termino definito comprehensi temporis sit. Nam ° finire, atque terminare solius formæ proprium esse statuitur, materiæ autem indefinitum esse.

3. ph. t. 67.
4. de cælo t.
35.
2. de genera-
tione, & cor
sup. t. 50.

ARISTOTELES.

DUBITARET autem quispiam, quonam modo affectione præsentis, re autem absente meminit, quod præsens nō est. Perspicuum enim, quod oportet intelligere talem, quæ per sensum fit in anima, & in particula corporis ipsam habente, esse affectionem, cuius habitum dicimus esse memoriæ, quale est aliquod animal pictura expressum. Motus enim, dum fit, imprimit tãquam effigiem quandam eius rei, quæ sensu percepta est, quemadmodum signantes annulis. Quare & his, qui propter affectus, vel propter ætatem in multo motu sunt, non fit memoria; perinde ac si influentem

entem aquam incideret motus, & sigillum; aliis autem quia frigidi sunt, quemadmodum antiqua ædificia, & propter duritiem suscipientis affectionem non ingeneratur effigies. Quapropter & valde adolescentuli, & senes sunt immemores; fluunt enim, illi quidem propter accretionem, hi autem propter decretionem. Similiter autem & nimium celeres, & nimium tardi, neutri memores videntur; illi enim sunt humidiores, quàm opus sit, hi autem rigidiores. Illis igitur non manet phantasma in anima, his autem non alte imprimitur.

ECPHRASIS IIII.

EXPOSITA memoriæ natura sequitur, ut cuius causa sit eiusdem usus à natura tributus animalibus, ostendatur; sed, quia ea in re potest iusta quædam hæsitatio nasci, primum omnis hæsitandi, atque dubitandi causa procul amoveatur. Etenim, si animalia utuntur memoria, ut pristinam alicuius præteritæ rei cognitionem repetant, ac renocent, recte dubitari, & quæri posse videretur, si affectio, hoc est, phantasma in communi sensu consignatum, quod per memoriam sentimus, & percipimus, præsens est, res autem, quæ præteriiit, & quam prius nouimus, unde phantasma extitit, est absens, quo modo, quæue ratione non phantasma ipsum præsens, quod memoria complectimur, sed rem illam absentem meminimus? Quod autem affectio, seu phantasma sit præsens, minime obscurum est. Ut enim in aliqua tabella quippiam pictura exprimitur, sic in animalis anima,

a
2. de partib.
aialiu. c. 1. 7.
3. de partib.
aialiu. c. 3. 4.
lib. de motu
animaliu. t.
Eph. 18.
2. de generat.
animaliu. c. 4.
lib. de iuuen-
tute, & sene-
ctute. c. 1.
b
5. p. phi. t. 2. 5
c
2. d. aia. t. 161
li. d. som. c. 1

d
lib. de iuuet.
& sene. c. 3.
lib. de resp.
c. 14

e
3. de partib.
aialium. c. 4.

f
lib. de resp.
c. 14. 15.

g
2. de partib.
aialium. c. 2.
3. de partib.
aialium. c. 4.

anima, & simul in corde, ^a quod est illius propria sedes, mente intelligere debemus, per phantasiam consignari affectionem, id est alicuius rei phantasma imprimi; cuius quidem phantasmatis habitum, seu, vt planius loquamur, ^b comprehensionem esse memoriam dicimus. Motus enim, qui a sensibus ex aliqua re percepta efficitur, & ^c qui proprio nomine appellatur phantasia, quando fit, imprimit, & quasi informat in sentiente anima, & simul in corde, tanquam effigiem, & imaginem rei, quæ sensibus comprehensa est, sicuti faciunt ii, qui annulis sigilla solent in cera imprimere. Ex quo fit, vt illis, quorum anima simul cum corde, in quo consistit, multo, assiduoque motu, vel propter affectus, & cupiditates, vel propter crescendi, decrescendique etatem agitur, nequaquam ingenerari memoria possit; perinde ac si & motus ille a sensibus, & sigillum, id est effigies rei sensu perceptæ, quæ in anima, & in corde imprimitur, in aquam rapide fluentem incideret in eaque propter celerem fluxum consistere nullum posset impressionis vestigium. Aliis autem, ^d qui propter efflatum in longa, diuturnaque vita naturalem calorem frigidi euaserunt, aut tales ob propriam naturæ constitutionem sunt, & ^e ea de causa rigidum, & durum habent cor, quod vnà cum anima suscipere impressionem debet, nequit vlllo pacto inuri effigies, & informari rei phantasma; quemadmodum neque in uetustis, antiquisq. ædificiis ob squalidos parietes, & labefactatum tectorium nihil pingendo exprimi, ac designari potest. Itaque & qui admodum pueri, & qui senes itidem sunt, memoriæ solent expertes esse; fluunt enim, & in multo motu versantur vtrique, ^f pueri, quia vehementer crescunt, senes autem, quia magnopere decrescunt. Eodem autem modo, & nimis celeres, & nimis tardi carere memoria videntur: illis enim id accidit, quia, ^g cum tenuiorem, humidiorémq. sanguinem,

nem, & cor mollius, quàm deceat, habeant, phantasma in anima, simul & in corde impressum permanere non potest, his autem, quia propter spissum, & crassum sanguinem, atque nimiam cordis duritiem nequit ullum imprimi, & quasi alte insculpi phantasma. Sic igitur apparet phantasma præsens esse, quod pro naturæ varietate, ac dissimilitudine ad memoriæ usum, aut generatur in anima, aut non generatur.

ARISTOTELES.

ATQVI, si tale est, quod accidit circa memoriam, vtrum hanc meminit affectionem, an illud, ex quo facta est? Si enim hanc, nullum eorum, quæ absunt, meminissimus, sin autem illud, quomodo sentientes hanc, meminissimus absens, quod non sentimus? Siue est simile, vt effigies, vel pictura in nobis; si autem huius ipsius est sensus, cur esset memoria alterius, sed non eius ipsius? Qui enim agit memoria, contemplatur affectionem hanc, & sentit eam. Quomodo igitur meminit, quod præsens non est? Liceret enim & videre, quod nō est præsens, & audire. Nimirum est, vt contingit, & accidit hoc. Vt enim animal in tabula pictum & animal est, & imago idem, atque vnum hoc est ambo, esse tamen non idem est ambobus, & licet contemplari, & vt animal, & vt imaginem, sic & phantasma in nobis existimare oportet, & ipsum quiddam per se esse, quod contemplatione com-

D

prehen-

prehenditur , & alterius phantasma . Quatenus igitur est per se, est id, quod contemplatione comprehenditur, aut phantasma, quatenus autem alterius, ut imago , & quod memoria percipitur, est . Quare & cum motus ipsius agit, si, ut per se est , sic anima sentit ipsum , tanquam conceptus quidam animi, vel phantasma occurrere videtur . Si autem, ut alterius, sicuti in pictura, tanquam imaginem contemplatur , etiam qui non vidit Coriscum, ut Coriscum ; hic autem alia est affectio contemplationis huius, & cum, ut animal pictum, contemplatur . Et in anima modo fit, ut conceptus solum, modo, ut ibi imago, id, quod memoria percipitur .

E C P H R A S I S V .

Quo pacto rei effigies, seu phantasma in animali ingeneretur , & præsens sit, ex his , quæ proxime tractauimus, esse planè intellectum mihi persuadeo . Vtrum igitur, cum memoria utimur, meminimus hanc affectionem, seu rei effigiem , atque phantasma , quod præsens est, an rem illam absentem, ex qua phantasma ipsum ingentum, atque formatum est ? Alterutrum enim horum asseuerare per absurdum esse videtur . Nam, si affectionem hanc, seu hoc phantasma præsens, quod animo continemus, memoria comprehendimus, dum meminimus, nullum profectò eorum, quæ absunt, quæque præterierunt, meminisse possemus, si vero ipsam rem absentem, qui fieri potest, ut interiori communi sensu complectentes , & sentientes
phan-

phantasma præsens, rem absentem, quam nullo in præsentia percipimus sensu, meminisse queamus? Atque id ipsum nihilominus euenire intelligemus, siue statuamus hæc affectionem, seu phantasma esse rei similitudinem in nobis, vt imago, & pictura similitudo alicuius est. Nanque, si hoc ipsum phantasma communi sensu percipimus, cur memoria, quæ est in sensu communi phantasmatis habitus, vel comprehensio, rei absentis est, non autem huius ipsius præsentis, quod percipitur? Qui enim memoria utitur, & rem aliquam meminit, eius rei phantasma, vel affectionem, quam animo comprehensam, & consignatam habet, contemplatur, atque communi sensu illam ipsam sentit. Nullo igitur modo rem absentem, quæ ^a tunc extra omnem sensus actionem est, posse meminisse videtur. Id enim si fieret, etiam fieri posse putaretur, vt quod & videndi, & audiendi sensibus minime præsens est, illud videre, & audire liceret. ^b In similibus enim naturale est, vt quemadmodum in vno se habet, sic in reliquis quoque se habeat. Istud autem haudquaquam fieri posse cognouimus ante, quandoquidem omnem tum interioris, tum exteriorum sensuum cognitionem esse tantummodo præsentium ostendimus. At enim, si rei naturam accuratius, diligentiusque considerauerimus, quomodo id recte, ac sine vlllo incommodo contingat, fierique possit, facile inueniemus. Vt enim pictum in tabella animal & animal pictum, & simul imago veri animalis est, ipsumque idem, atque vnum perpulchre eo ipso tempore ex sese præ se fert ambo illa, quæ tamen cogitatione, ac mente ita distinguuntur, vt aliud sit esse animal pictum, aliud esse imaginem veri animalis, nobisque licet tum vt animal pictum, tum vt imaginem animalis considerare, sic etiam phantasma, quod in nobis est, re vnum, atque idem esse, cogitatione autem, & ratione in duo distingui posse existimare oportet.

^a
2. de anima
t. 59. 60.
7. p. phis. 35
53

^b
2. top. c. 4.
loc. 32.
8. ph. c. 63

tet, hoc est, & ipsum esse quiddam per se, quod est contemplationi subiectum, & rei cuiuspiam phantasma, atque imaginem. Quatenus igitur ipsum per se consideratur, aut phantasma est, aut id, quod contemplando comprehenditur, quatenus autem rem aliam refert, tanquã imago, & id, quod memoria percipitur, existit. Quamobrem, cum illius motu anima cietur ad ipsum intuendum, & contemplandum, si ita illud sentit, & contemplatur, vt per se est, tunc tanquam conceptus quidam animi, vel phantasma solum se offerre videtur, si vero vt aliud refert, & imago est, tum simile quidam contingit, vt si quis, qui nunquam viderit, exempli gratia, Coriscum, videat eius pictam imaginem, atque illam, vt Coriscum, vel vt imaginem Corisci contempletur, & hac quidem contemplatione aliter afficitur, atque, cum tanquam pictum animal contemplatur, & phantasma itidem in anima formatum tum vt animi conceptum, tum, quemadmodum in pictura imago, vt illud, quod memoria comprehenditur, se præbet. Hanc igitur ob causam animalia & vim, & vsum memoriæ sortita sunt, vt rei, quam prius vel sentiendo, vel intelligendo nouerunt, dum phantasma tanquã illius imaginem contuentur, cognitionem reuocent, & quasi de integro renouent.

Theorema. Memoriæ uim in nulla capitis parte, sed in corde locatam esse.

EX his, quæ hætenus nobis tractata sunt, planissime patere arbitror, memoriã esse communis sensus, seu animæ, quæ est sentiendi principiũ, & in qua per phantasiam imprimuntur, & informantur phantasmata, affectionem, vel habitum quendam. Vnde perspectum quoque nobis

nobis fuit, communem sensum in corde, vt in propria naturali sede consistere, atque contineri, &, quia ^a sentientis animæ actio communis corpori est, omnes phantasmatum impressiones, & informationes necessario simul & in communi sensu, & in corde fieri, atque suscipi. Ex quibus nemini profectò, qui vel mediocriter sapiat, dubitandum esse censemus, quin memoriæ vis non in posteriore capitis parte, sed in corde sita, atque locata vigeat. Nam, si, vt vidimus, propter vel frigoris, vel humoris abundantiam homines omni propemodum memoria carere videntur, qui conuenire potest, vt in capite propè cerebrum, ^b quod & frigidissimum, & humidissimum est omnium, quæ in animali sunt, atque contrarium propriæ sedi animæ, quæ est calidissima, ipsius memoriæ vis collocetur? Hæc nimirum absurda omnia, vel potius talia, quæ esse minime possunt, vitabimus facile, si, quemadmodum fecimus, non in aliqua capitis parte, sed in corde memoriam constituerimus. Et enim in propria sede animæ, vbi caloris vis ^c ad omnes animæ actiones aptissima ministra conditur, & vbi necessario impressiones, & consignationes recipiuntur phantasmatum, quorum comprehensionem esse memoriam ostendimus, memoria optime posita, atque collocata erit.

*Theorema. Memoriam esse animæ facultatem
uniuersalia, non autem indiuidua
comprehendentem.*

DEMONSTRATVM, ac sæpe iam repetitum est, memoriam esse in communi sensu apprehensionem phantasmatis, vt imago rei est. Ex tali autem explicata memoriæ natura, si quis subtilius philosophari vellet, constitutum, nostra quidem sententia, haberet, ipsam memo-
riam

^a 3. de aia. t. 7.
lib. d. sensu,
& sensib. c. 1.
^{2.} de gener.
aialium. c. 3.

^b 1. de aialiu
hist. c. 16.
2. de partib.
aialium. c. 7.
3. de partib.
animaliu. c. 4.
4. de partib.
aialiu. c. 10.
^{2.} de generat.
aialiu. c. 4.
^c 2. de partib.
aialium. c. 7.

riam esse animæ facultatem vniuersalia, non autem indiuidua comprehendentem. Id quod multo etiam manifestius constabit, si pauca quædam, tanquam huiusce veritatis fundamenta iacta nobis, atque planè perspecta erunt. Horum autem primum est, quid memoria sit, alterum, quid phantasma, tertium, quid vniuersale, & quid indiuiduum, quartum & postremum, quo modo & vniuersale, & indiuiduum cognoscatur. Memoria igitur (quamuis crebra repetitione id tritum sit, sæpius tamen esse dicendum videtur,) est in communi sensu apprehensio phantasmatis, vt imago rei est. Phantasma ^a vero est sensibilis rei species è materia exempta, & in communi sensu ingenerata. Quare, cum intellectus, aut ratio nihil, nisi quod sensibus aliquo modo fuerit comprehensum, percipere possit, phantasma, ^b in quo species intelligibilis continetur, se, ^c tanquam rem sensibus cōprehensam, intellectui, atque rationi præbet. Vtrum autem ipsum phantasma pro vniuersali, an pro indiuiduo haberi debeat, si quid vniuersale, & quid indiuiduum sit, perspexerimus, facile intelligere licebit. ^d Quod igitur suapte natura comparatum est, vt idem in pluribus eo ipso tempore totum æque, perfectèque in sit, id vniuersale dicitur. Tales autem sunt omnium rerum species, ac formæ tum sensibiles, tum intelligibiles, ^e vt pōte quæ anima vel sentiente, vel intelligente concipi, ^f & à materia, in qua sunt, saltem cogitatione prorsus seiungi, atque separari possunt. Indiuiduum autem illud est, ^g quod vniuersali subiicitur, & sua natura non est comparatum, vt idem in pluribus sit. Quapropter, cum huiusmodi omnia sint ea, quorum materia continua est, atque vna numero, patet sanè, indiuiduum per materiam, quæ diuisibilis est, constitui. Forma enim, & species, ^h quæ per se vna, & indiuidua existit, cum à materia in plures diuisa partes suscipitur, ac participatur, tum quodam-

- ^a
 2. d. aia. t. 1. 21
 138. 148. 155
 3. de anima
 t. 30. 39.
 huius lib. t.
 Ecph. 3. 4.
 lib. de motu
 animalium. t.
 Ecph. 15.
^b
 3. de aia. t.
 32. 39.
^c
 3. de aia. t. 30
 39
^d
 1. post. t. 36.
 5. p. phis. t. 31
 7. p. phis. t.
 45. 57.
^e
 1. de aia. t. 60
 121. 138.
 3. de aia. t. 6.
 38
 lib. de motu
 animalium.
 t. Ecph. 15.
^f
 2. ph. t. 12.
 3. d. anima t.
 9. io. 11. 38. 39
 2. p. phis. t. 8
^g
 lib. d. interp.
 sec. 2.
 7. p. phis. t.
 45.
^h
 7. p. phis. t.
 28.
 12. p. phis. t.
 49.

quodammodo multiplex, & diuidua fieri videtur, atque illud totum ex hac materiæ parte, & ex forma eam informante conflatum indiuiduum appellatur, quia in plura sic informata minime diuidi potest. Itaque nunc reliquum est, vt quo pacto tum indiuidua, tum vniuersalia cognoscantur, declaremus. Quoniam autem & cuique maxime in promptu est, & nos supra iam ostendimus, indiuidua, quando præsto adsuntⁱ ab externis solum sensibus percipi, & cognosci, tanquam notissimum id probare omittemus. Vniuersalia uero, quamuis eorum notio^k ex indiuiduorum cognitione tum existat, cum ipsa indiuidua subtrahuntur à sensibus, tamen, quia rerum species, & formæ sunt ab anima sine materia conceptæ, ^l & propterea vniuersales, profectò aut ab interiori communi sensu, si sensibiles species, hoc est, phantasmata, aut ab intellectu, & ratione, si intelligibiles sunt, percipi, atque intelligi necesse est. Verisimile enim est, vt, quæ intus in anima concepta tenentur, ea interioribus animæ viribus cognoscantur, & intelligantur. Quin etiam ipsi exteriores sensus, simul atque ab externis rebus sentiendis abierunt, primi species susceptas sensibiles, vt^m vniuersales, sed, vt proximas ipsis indiuiduis cognoscere, ac percipere incipiunt. Ex his igitur sic expositis manifestissime apparet, & phantasma esse rei sensibilis speciem sine materia in communi sensu interiori consignatam, proptereaque etiam vniuersalem redditam, & omne vniuersale anima conceptum vi interioris notionis, qualem esse memoriam sapius monstrauimus, cognosci. Quocirca sine vlla dubitatione asseuerare debemus, memoriam esse facultatem animæ vniuersalia, non autem indiuidua comprehendentē. Neq; vero obstare putandum est, quod phantasma, vt imago rei est, cōprehenditur. quia non ipsius indiuidui, sed speciei sensibilis, quæ in illo indiuiduo est, imaginem phantasma præ se fert.

Aristo-

- i
1. post. t. 134
182.
2. de anima.
t. 60.
k
1. post. t. 134
182
2. post. t. 104
106.
1. p. phiæ. c. 1
7. p. phiæ. t.
35. 53
l
1. de cēlo. t.
92.
7. p. phiæ. t.
35. 37.
m
2. post. t. 106.

ARISTOTELES.

ET propter hoc interdum nescimus, dum fiunt nobis in anima tales motus ex eo, quia prius senserimus, an quemadmodum senserimus, sic accidat, & hæsitamus nonnunquam, an sit memoria, nec ne, aliquando autem accidit, ut intelligamus, & reminiscamur, quòd audiuius aliquid prius, aut vidimus. Hoc autem accidit, cum contemplans, ut illud, mutetur, & contempletur, ut alterius. Contra autem etiam interdum fit, uti contingit Antipheronti oritæ, & aliis mente alienatis. Phantasmata enim, tanquam fierent, memorabāt, & tanquam meminissent. Id autem fit, cum quis non imaginem, tanquam imaginem, contempletur. Meditationes autem memoriam conseruant recolendo; hoc autem nihil aliud est, quàm contemplari sæpe, ut imaginem, & nō ut per se. Quid igitur sit memoria, & meminisse, dictum est, quòd est phantasmatis, ut imaginis eius, cuius est phantasma, habitus, & cuius particulæ earum, quæ in nobis sunt, quod primi sensitiui, & quo tempus sentimus.

ECPHRASIS VI.

Quo modo ex comprehensione phantasmatis presentis meminimus rem absentem, & quam ob causam memoria

moria sit animalibus tributa, hæcenus patefactum est. Sed, quia phantasma non solum ex re, quam sensus perceperunt, formari, verum etiam sic in nobis effingi potest, vt nullam vnus rei perceptæ sensibus similitudinem gerat, propterea fit, vt, si quod phantasma ex re ante sensibus comprehensa in nobis formatur, & anima ad illud intue- dum, & contemplandum, siue vt per se conceptus quidam animi, siue vt imago rei iam cognitæ est, excitatur, & mo- uetur, interdum aut ob imbecillam memoriæ vim, aut pro- pter temporis longum interuallum, neque sciamus, neque certi sumus, vtrum tale phantasma, si illud, vt per se, con- templamur, ita ex re antea sensibus percepta existat, vt veram contemplationem parere queat, an fictitium, & commentitium sit, si vero, vt imago rei est, dubitemus, minimeque constituere valeamus, an eiusmodi compre- hensio phantasmatis sit memoria, necne. Nonnunquam autem contingit, vt, si ipsum phantasma ad se consideran- dum moueat animam, vtroque modo recte comprehen- damus, hoc est, & vt per se conceptus animi est, illud intel- ligamus, ac contemplemur, & vt imaginem sic contuea- mur, vt rem, quam prius audiuius, vel vidimus, memine- rimus. Neque ambo ista simul, sed deinceps accidunt, cum videlicet contemplantes phantasma, vt ipsum per se est, mutemur, atque, vt imaginem alicuius rei, contemplari aggrediamur. Contra tamen aliquando etiam fit, sicuti Antipheronti oritæ, & aliis mente captis, & alienatis con- tingit, & quotidie contingere non nesci sumus. In illorum enim anima, a quæ ob nimium vel calorem, vel extraneum humore suo statu mota est, et exagitata, phantasmata à re- bus cognitis aliena, atque monstrosa fingebantur, & ta- men de talibus fictitiis, atque commentitiis phantasmatis sic cogitabant, & loquebantur, quasi ex re aliqua ve- ra, & iam cognita fuissent formata, & consignata in ani-

E

ma,

2. de partib.
 aialium. c. 7
 3. de partib.
 aialium. c. 10.

ma, & tanquam rem illam ipsi quoque meminissent, ac recordarentur. Id autem euenit, cum quispiam phantasma, quod nullius imago rei sit, tanquam imaginem, vt diximus, contemplatur. Sic igitur vitatur interdum, atq; deprauatur memoriæ vis, cuius quidem vsus cum tam animalium uitæ sit necessarius, non solum conseruari ea ipsa memoriæ vis, sed etiam omni cura augeri debet. Id autem meditationes, & exercitationes, crebræque memoriæ repetitiones commode præstare possunt, quod certe nihil aliud est, nisi sæpenumero phantasma, vt imaginem rei, non vt per se conceptum animi intueri, & contemplari.

Quid igitur memoria sit, & quid meminisse, hætenus planissime intelligere potuimus, siquidem memoriam esse phantasmatis, vt imago rei est, ex qua phantasma existit, habitum, seu comprehensionem, & meminisse esse habere, siue comprehensum tenere tale phantasma, tanquam imaginem rei, & vtrunq; horum in ea hære, atque consistere animæ parte, quæ sentiendi principium est, & qua tempus cognoscimus, demonstratum est.

Corollarium. Quid sit obliuio, & obliuisci.

QUONIAM nobis exploratissimum, perspectissimumque est, memoriam esse in communi sensu habitum, seu comprehensionem phantasmatis, vt imago rei est, minime illud nos fugere oportet, cum ^a sua cuique habitui opponatur in proprio subiecto priuatio, quæ obliuio, quæ memoriæ contraria est, eidem memoriæ in communi sensu debet necessario opponi, vt priuatio. Itaque, ^b cum oppositorum sit eadem scientia, hoc est, cum ex vnius ^c explicata, & intellecta natura etiam alterius possit opposite statim explicari, atque intelligi, haud difficile censemus, quoniam, quid sit memoria, scimus, quid obliuio quoque sit, quam.

^a
2. top. c. 3.
loc. 25.

^b
7. p. phiēt. 23
10. p. phiæt. t.

^c
6. top. c. I.
loc. 10.

quamuis ne verbum quidem de ea philosophus fecerit, scire, atque intelligere. Si igitur memoria est in sensu cōmuni habitus, seu apprehensio phantasmatis, vt imago est, obliuio nimirum erit in eodem sensu priuatio, seu amissio phantasmatis, vt imago est, etsi meminisse est habere, seu comprehensum tenere tale phantasma, etiam obliuisci erit priuatum esse, siue illud ipsum amisisse phantasma.

Quæstio. Vtrum possit sine ulla re sensibus percepta aliquod phantasma intus in anima formari.

DVm memoria vtimur, seu rei alicuius meminimus, nobis semper aliquod phantasma, vt imaginem illius rei, quam sensibus antea cognouimus, contemplari necesse esse persæpe iam dictum est. Verum, quia hoc loco philosophus aperte asserit fieri interdum posse, vt homines, cum phantasma aliquod contemplantur, vel ignorent, vtrum illud ex quapiam antegressa sensuum cognitione formatum habeatur, an fictitium sit, vel ita id considerent, & contemplantur, quasi imago rei alicuius esset, cum tamen re uera nullius imago existat, faciundum nobis in præsentia duximus, vt perquiramus, an possit sine ulla re ante sensibus percepta aliquod phantasma intus in anima formari, & consignari, necne. Primum igitur hoc minime effici posse firmis rationibus putaretur. Nam, si phantasma generaretur in anima sine vlla re sensibus ante percepta, sequeretur, vt ex nihilo phantasma genitum esset. isthuc autem, ^a cum vniuersæ philosophiæ fundamenta euertetet, concedere, atque admittere stultissimum esset. Quod autem phantasma ex nihilo generaretur, si formaretur in anima sine vlla re sensibus ante cognita, planissimum ex

^a
1. ph. t. 33.
34
1. de generatione, & corruptione. t. 11.

b
2. de anima
t. 155.
3. de aia t. 30
39.

c
2. de aia. t. 153
160. 161.

d
2. de aia. t. 155

e
2. de aia. t.
161.
lib. de som.
c. 1.

f
1. post. t. 134
2. post. t. 104.
106.
3. de aia t. 39
1. p. phiē c. 1

g
2. de anima
t. 153

eo esse potest, ^b quòd phantasma est sensibilis species sine materia ex re sensibili per phantasiam in communi sensu iagenita, si igitur nulla detur sensibilis res, ex qua per sensum sentiendo ingeneretur phantasma in anima, relinquatur profectò, vt phantasma; quia non potest aliunde generari, ex nihilo genitum sit. Præterea, si phantasma sine vlla re sensibus cognita procrearetur, phantasia sine sensu esset, hoc, quoniam & ^c philosophi sententiæ, & ipsius rei natura aduersatur, tanquam prorsus falsum, repudiari debet. Quòd autem, si antecedens concederetur, consequens etiam necessario eueniret, patet, ^d quia omne phantasma per phantasiam in anima formatur. Si ergo illud phantasma ex nulla re sensibus percepta ingeneratur, oportet, vt phantasia ingeneras tale phantasma à nullo existat sensu. Id autem quantum à natura abhorreat, obscurum certe non est, quandoquidem ^e phantasia est motus, qui fit à sensu, dum aliquo modo sentit. Postremo, si phantasma sine vlla re sensibus percepta in anima extaret, aliquid posset mente intelligi, quod nullum vnquam permeasset sensum. Quia vero id nequit vllò modo fieri, propterea quòd qui ^f nihil sentit, nihil intelligere potest, remanet, vt phantasma sine vlla re sensibus ante percepta, & cognita nequaquam in anima formari, atque ingenerari queat. Attamen, cū non modo hic philosophus innuat, atque dicat posse in anima non tantum uera, sed etiam fictitia quoque, atque cōmentitia phantasmata consignari, verum etiā alibi tradat, sic ^g in nostra esse potestate phantasiam, ut, cum uelimus quodlibet phantasma fingere, id arbitrati nostro facere liceat, non est, quòd tam facile in alteram contrariam eamus sententiam; & præsertim, quia, si plerasque mente perlustremus artes, per nos etiam ipsi cognoscemus, quemcunque posse per phantasiam sibi fingere phantasma, quod nulli rei sensibus perceptæ simile

mile sit. Pictores enim eas regiones, locos, situs describunt, & pingunt, quos nunquam sensibus acceperunt, architecti eas exædificant domos, quarum similes nusquam uiderunt, quod quidem certe neutri facere possent, nisi phantasmata, quæ sibi confinxissent, tanquam exemplaria illarum & picturarum, & exædificationum animo inclusa, & comprehensa tenerent. Idem autem in aliis compluribus artibus quin fieri soleat, nemo certe dubitare debet. His igitur philosophi authoritatibus, & exemplis animus in vnam, superioribus autem rationibus in alteram partem facile distraheretur. Quocirca, ut omnia mota controuersia, & ambiguitate verum discernere possimus, duo nobis esse ponenda censemus. Eorum vnum est, quod anima, si ^h quacunque uehementi agitatione, ac perturbatione libera sit, ex uera sensuum cognitione suscipit iustas, ac rectas phantasmatum impressiones, & informationes, & talia quidem phantasmata tunc existunt, quales sunt res sensibus comprehensæ, id quod integris sensibus in sanis, siccisq. hominibus contingere solet; si uero aliqua de causa uehementer commoueatur, & conturbetur, atque exagretur, excipit quidem, ⁱ sed prauas, atque peruersas phantasmatum impressiones, quæ ob talem agitationem, ac commotionem omnino ferè à rebus aliquo sensu perceptis discrepant, & alienæ sunt, quemadmodum uinolentis, insanis, & furiosis euenire inter omnes manifesto constat. Alterum, quod, ut ^k anima potest ope, atque ministerio phantasie vnum phantasma cum altero conferre, quo illud, quod melius est, eligat, & persequatur, sic ex pluribus, diuersisque phantasmatibus potest vnum quoddam phantasma, quod totum simul, & integrum nunquam sensibus perceperit, pro libitu fingere, & conflare. Et ob eam causam, quia quotiescunq; id uolumus facere, facimus, recte in nostra esse sita potestate phantasia dicitur. Etenim etiã artifices

^h
li. d som. c. 3.

ⁱ
li. d som. c. 3.

^k
3. de aia. t. 57

artifices ipsi, quodcumque uolunt, ex multis unum sibi confingunt phantasma, tanquam exemplar rei, quam facere cupiunt, ut, etiam si illud totum simul, & integrum nunquam sentiendo cognorint, eius tamen partes seorsum, ex quibus in anima totum conflatum, & constitutum est, sensibus aliquando pceperint. His igitur duobus sic expositis, probéque intellectis, omnem de ueritate apparentem cōtrouersiam ex animo eiicere facile licet. Nam concedendum quidem, fatendumque est, uerissimas esse rationes, quæ prius allatæ fuerunt, negandum tamen, easdem aliquid refragari, repugnare uel nostræ, aut philosophi sententiæ, aut collectis artificum exemplis. Certissimum enim est, nullum in anima ingenerari phantasma, quin ortum aliquo modo à sensibus habeat. Itaque neque philosophus, neque nos ita sensimus, uel diximus, neque commemorata artificum exempla ad id probandum collecta sunt, sed, si anima quieta, tranquillaque sit, in ea posse sic multa consignari phantasmata, ut uel ex eis per phantasiam unum, uel aliquod, quod neque prorsus simile, neque prorsus dissimile cuiquam illorum existat, confici possit, sicuti philosophus hic primo loco significauit, & artificum confirmarunt exempla, si uero aut morbo, aut affectibus quibusdam ipsa anima ita commoueatur, & perturbetur, ut phantasie cursus, & actio distorqueatur, & deprauetur, fieri quidem impressiones phantasmatum, sed illorum, quæ absurda, penitusque discrepantia ab re, quæ sensibus percepta iam sit, quemadmodum secundo loco de mente captis, & insanis philosophum planissime loqui cognouimus. Quamobré ex adhibita distinctione, et ueras esse supra adductas rationes, & uera etiā quæ hic bifariā sunt à philosopho dicta, & nihil inter se pugnare apparet. Ex quo relinquitur, ut nullū phantasma sine ulla re sensibus aliquo modo percepta intus in aīa formari possit.

Aristo-

ARISTOTELES.

DE eo autem, quod est reminisci, reliquum est dicere. Primum igitur, quæcunque in libris, qui rationem argumentandi continent, vera sunt, tanquam, si hic essent, ponere oportet. Reminiscencia enim neque resumptio, neque sumptio memoriæ est. Cum primum enim vel didicerit, vel affectus fuerit, neque ullam resumit memoriam, (nulla enim antea extitit,) neque à principio sumit. Cum autem factus fuerit vel habitus, vel affectio, tunc memoria est. Quare, dum fit affectio, cum ea non ingeneratur. Præterea autem, quando primum facta est in individuo, & extremo, affectio quidem inest iam affecto, & scientia, si decet appellare scientiam habitum, vel affectionem, (nihil autem prohibet secundum accidens meminisse quædam eorum, quæ scimus,) meminisse autem per se non inest, priusquam tempus interfluxerit. Meminit enim nunc, quod vidit, vel quo affectus est prius, non quo nunc est affectus, nunc meminit. Præterea autem perspicuum, quod meminisse licet non eum, qui nunc, cum à principio senserit, vel affectus fuerit, recordatus sit, sed, cum resumat, quam prius habebat scientiam, vel sensum, vel cuius habitum dicebamus memoriã, hunc licet & tunc reminisci aliquod eorum, quæ dicta

dicta sunt, meminisse autem accidit, & memoriam sequi. Neque videlicet, hæc simpliciter si, cum ante affuerint, rursus ingenerantur, sed est, ut licet, est autem, ut non. Bis enim eūdem, contingit discere, & inuenire idem. Oportet igitur reminisci differre ab his, & si maius insit principium, quàm ex quo discit, reminisci.

E C P H R A S I S VII.

QVÆCUNQUE ad memoriam, & meminisse, quæ certe communiora, & natura priora, quàm reminiscētia, & reminisci, sunt, cognoscenda, sciendaque pertinent, hactenus tractata, & explicata satis esse arbitror. Restat igitur, sicuti propositum fuit, ut item, quid reminiscētia sit, & quid reminisci, deinceps dicamus, atque consideremus. Itaque in primis, quo natura reminiscētiæ recte possit exponi, & perspicui, ea, quæ in topicis uera de quacunque re definienda sunt tradita, hoc loco pro repetitis habeamus, oportet. Cum enim in topicis libris^a facultas contineatur dialectica, ^b quæ nullum certum, ac definitum genus, tanquam materiam, in qua uersetur, subiectum habeat, sed latissime pateat, & uniuersas rerum naturas peruagetur, necessario & ^c omnes communes loci tum argumentandi, tum in utranque partem disputandi in iis ipsis libris aperiuntur, & quia ^d plurimæ sunt, atque diuersæ, dissimilesque rerum naturæ, illorum communium locorum permulti, cum in vnam aliquam omnino conueniunt, & quadrant naturam, ac ueri sunt, in aliam interdum non æque prorsus conuenire, & quadrare, atque ueri esse possunt. Eorum autem principales maximeque omnium necessarii

- ^a 1. top. c. 1.
- ^b 1. post. t. 84.
- 85.
- 1. Rhet. c. 1.
- ^c 4. p. phiæ t. 5.
- ^c 1. top. c. 2.
- ^d lib. Elen. c. 1.

cessarii iure habentur ii, qui ad quamque rem explicandam, & definiendam spectare videtur. In omni igitur re definienda ^c quinque, vt summam dicamus, vera necessario adesse debent: vnum est, vt de tota natura definita definitio enuntietur vera, alterum, vt ad rem definiendam proprium genus, & propria adhibeantur differentia, tertium, vt definitio ita ipsius naturæ definita propria sit, vt inter sese planè reciprocentur, quartum, vt dilucida, ac plana definitio existat, nihilque in ea aut desit, aut redundet, quintum, & postremum, vt ex prioribus natura definitio constituatur. Ad hæc autem quinque si reminiscentiæ explicatio dirigatur, ab illius perspicuenda natura minime aberrabimus. Itaque neque simplex, ac prima sumptio, neque iterata sumptio memoriæ reminiscentia esse potest. Nam, cum reminiscentia, vt paulo post nobis manifestissime constabit, sit ex repetitis memoriis, & ex aliqua alia connexa cognitione inuentio rei cuiuspiam, neutiquam, si diceretur esse aut sumptio, aut iterata sumptio memoriæ, de tota reminiscentiæ natura vere definitio enuntiaretur, neque in proprio genere posita reminiscentia esset. Vt primum enim quis reminiscendo inuenerit, seu didicerit rem aliquam, aut quopiam modo affectus fuerit, tum certe nullam eius vel rei, vel affectionis denuo sumit, renouatue memoriam, quippe quod nulla prorsus antea talis extitit memoria, sed tunc primo ex inuentione aut res cognoscitur, aut ipse aliquo pacto afficitur, & nondum vel rei, vel affectionis vllum formatum est phantasma, neque à principio sumit, sed cum habitus, vel affectio, seu phantasma in communi sensu ingenitum erit, & eorum aliquod contemplatione percipiat, tunc memoria existit. Quapropter, dum habitus, vel affectio ingeneratur, nullo modo etiam memoria simul ingenerari potest. Præterea autem illud ipsum magis etiam confirmare licet ex eo, quod simul atque

F habitus,

^c Top. c. i.
loc. i. l. 3. 4. 5

f

6. ph. t. 46.

g

4. ph. t. 89.

107. 121.

6. ph. t. 2. 24.

25.

habitus, vel affectio in indiuiduo, & extremo temporis momento, f quod in fine cuiuslibet generationis, atq; mutationis necessario esse debet, est ingenua, habitus quidē, vel affectio inest in homine iam sic affecto, & scientia etiam, si eiusmodi habitum, vel affectionem appellare scientiam licet, (nihil sanē prohibet, uti antea quoque dictum est, quo minus aliqua eorum, quæ scimus, per extraneam, & aduentitiam naturam phantasmatis, in quo species intelligibilis cōtinetur, meminerimus,) sed meminisse, quod per se, & secundum phantasmatis naturam est, nequit in nobis prius inesse, quàm aliquod temporis spatium effluerit. Meminimus enim nunc id, quod prius nouimus, vel quo prius affecti fuimus, non autem, quo nunc affecti sumus, illud nunc memoria repetimus. Ipsum enim nunc, quia indiuiduum est, g nullum temporis completitur spatium, seu interuallum. Ex quo præterea perspicuum etiā est, quod si quis nunc à principio quippiam senserit, aut aliquo modo affectus fuerit, & simul id secum recordatus erit, is haudquaquam tunc meminisse recte dici potest, sed, cum scientiam ante partam sine contemplatione, aut pristinum sensum sineensione, aut phantasma, cuius habitum, & comprehensionem esse memoriam docuimus, post reuocet, atque iterum sumat, hoc est, cum aut repetat animo se antea didicisse, contemplatumue esse, vel sensibus aliquid percepisse, aut intueatur phantasma, quod vel discendo, vel sentiendo formatum, & ingenuum fuit, huic nimirum licet etiam tunc reminisci, seu ad reminiscentiæ usum adhibere aliquod eorum, quæ modo commemorata sunt. At isthuc quidem etsi meminisse non est, contingit tamen, ut & meminisse, & memoria illi consequentia sint, propterea quod, cum reminiscimur, tum meminisse, atque memoriam usurpare necessario cogimur. Neq; uero hæc, quorum memoriis ad reminiscendū utimur, si animo ante

concepta

concepta extiterint, & aliquanto temporis spatio post amissa, ac quasi oblita fuerint, rursusq. quacunque ratione renouentur, & ingenerentur, efficere semper memoriam putari debent, sed esse, & quando id efficere, & quando non efficere possint. Contingit enim, vt vna, eademq. res ab vno, eodemq. homine bis addiscatur, & inueniatur. Quando igitur res aliqua vel alio docente, vel disciplinarum studiis semel aut cognita, aut inuēta fuerit, ac talis cognitionis, & inuentionis habitus iam in anima consignatus postea sic oblitteratus, atque deletus erit, vt vix tenuis quædam illius adumbratio remanserit, tum nō per memoriam recoli poterit, sed per iteratam disciplinam, & studia denuo eadem res ab eodem disci, & inueniri debebit. Quamobrem reminisci, ad cuius usum memoria necessaria est, aliud omnino esse, quàm denuo discere, & inuenire eandem rem oportet; quandoquidem reminiscimur, si reminiscendi principium, quod animo cōprehensum est, notitiam rerū se deinceps consequentium maiorem contineat, quàm discendi principium continet eorum, quæ discere auemus. Discendi enim principium plurimorum commune est, aut permulta complectitur, neque sua natura ad vnam certam sciendam, atq; discendam rem spectare videtur: nam ^h axiomata plurimarum, vel potius omnium scientiarum communia sunt, i definitio autem, seu natura definita principium omnium suarū affectionum existit. At reminiscendi principium ita esse contractum, & ad vnam aliquam rem, quam reminisci volumus, referri cognoscitur, vt eam ipsam rem, quemadmodum paulo infra videbimus, propè necessario consequentem sibi deinceps habeat.

^h
1. post. 2. 58.
74. 84.
4. p. phie. t. 7.
ⁱ
1. post. t. 14.
64. 66. 68.
2. post. t. 14.
45. 46.

ARISTOTELES.

ACCIDVNT autem reminiscentiæ, quoniam natura comparatus est motus hic, vt fiat post hûc; si ex necessitate quidem, perspicuum, quòd, cum fuerit illo excitatus, hoc ciebitur, si autem non ex necessitate, sed consuetudine, plerunque ciebitur. Accidit autem quosdam semel assue fieri magis, quàm alios, qui sæpe cientur. Quapropter quædam, quæ semel nouimus, magis meminimus, quàm alia, quæ sæpe. Cum igitur reminiscimur, aliquo priorum motuum ciemur, quocunque modo moti fuerimus, post quem ille consueuit. Quare, & quod deinceps est, venamur ex ipso nunc, vel alio aliquo, & ex simili, vel contrario; & quæ est propinquæ rei, propter hoc fit reminiscencia. Motus enim horum, aliorum quidem iidem sunt, aliorum simul, aliorum autem partem habent. Quocirca reliquum exiguum, quod motum est post illud. Quærant igitur sic etiam non quærentes uidelicet hoc modo reminisci, cum post alterum motum ille fiat, plerunque autem, vbi facti fuerint alii motus, quales diximus, ille factus est.

ECPHRASIS VIII.

VIDIMVS pluribus rationibus reminiscenciam, neque
primam

primam sumptionem, neque iteratam, renouatamq. memorie sumptionem esse posse, propterea quod, quæ necessario ad rem definiendam requiruntur, minime adessent. Quid igitur ea sit, sequitur, ut nunc inuestigemus, & consideremus; cuius quidem inuestigationis, atque considerationis exordium à modo, & ratione, qua reminiscencia generatur, esse commode capiendum uidetur. Natura enim reminiscencie in sui generatione, quemadmodum etiam^a quorundam aliorum, planè consistit. Itaque, cum reminiscencia sit, ut ante posuimus, ex repetitis memoriis, & alia quadam annexa cognitione præsens inuentio rei, non opus esse apparet, sicuti in explicanda memoria fecimus, & in qua parte animæ primo reminiscencia inest, & quænam possint reminiscencia comprehendere, quærere.

Qualia enim fuerunt in memoria, talia & in reminiscencia esse, ferè perspicuum per se est, & post etiam planè ostenditur. Quamobrem fiunt quidem, & eueniunt reminiscencie hominibus, quia vnius memorie motus suapte ui comparatus est, ut simul atque alius alterius memorie motus factus fuerit, eum statim sequatur. Quæ videlicet motuum consecutio aut ex necessitate, aut ex consuetudine contingere solet. Si igitur ex necessitate, certum est, quod, cum vnius prioris memorie motu excitati fuerimus, semper deinde alio motu alterius memorie, quæ illi superiori ex rerum natura sit affinis, & iuncta, necessario ciebitur: si uero non ex necessitate, hoc est, ex rerum natura, sed ex nostra repetendi, & recolendi, aut agendi consuetudine existet, non semper, sed plerunque motus posterioris memorie motui prioris in nobis consequens erit. Atque in talibus sese ex consuetudine consequentibus memoriarum motibus magnam extare hominum differentiam minime nos fugere debet. Contingit enim, ut aliqui, si vel semel duas deinceps repetiuerint memorias, magis ad easdem

repe-

a
3. ph. t. 57.
4 ph. t. 101.
106. t. 1.
9. p. phic. t. 11

repetendas, quàm alii, qui in illarum repetitione sapius excitati, versatiq. fuerint, assuefiant. Quod quidem nos propterea effici arbitramur, quòd illorum constitutio ita temperata est, vt rerum habitus, atq; phantasmata egregiè in corde, & in anima simul imprimantur, & impressa pulchre retineantur, ac perspicue appareant; in aliorum autem corde propter nimiam vel duritiem, vel mollitudinè, aut difficulter imprimi, aut impressa vix retineri phantasmata possint. Quocirca nonnulla,^b quæ maiorem vim, & efficacitatem ad faciendas phantasmatum impressiones habent, si semel tantum perceperimus, & aliquo modo nouerimus, magis, atque facilius meminisse solemus, quàm alia, in quibus, etiam si sapius nostræ inculcata fuerint cognitioni, nò tantum inest virium. Vt igitur ad propositum reuertamur, cum reminiscimur, seu cum reminiscencia vtimur, alicuius pristinae memoriæ motu, qualiscunque ille fuerit, sic cieamur, oportet, vt alter alterius ite memoriæ motus, qui vel ex necessitate, vel ex consuetudine consuevit, còsequatur. Vnde & quod ex talibus memoriis deinceps reminiscendo inuenturi sumus, quærimus, & venamur ex re, quæ in præsentia fit, & cognoscitur, aut ex aliqua alia, & ex simili, aut contraria illi, quod etiam ob eam causam comprehenditur, & inuenitur reminiscendo, quòd istis rebus propinquum sua natura, atque finitimum est. Earum enim rerum, & huius, quod per reminiscenciam inueniri debet, motus, quibus ad cognoscendum excitatur anima, aut iidem sunt, aut simul efficiuntur, aut aliquid inter se commune habent. Sunt quidem iidem ^c quando & res, quarum antegrediens cognitio est memoriis annexa, & id, quod per reminiscenciam inueniri debet, vna, eademque vel generis, vel speciei natura continentur, simul autem efficiuntur, quando illa ipsa in aliqua simul oppositione versantur, ^d quoniam oppositorum

semper

^b
lib. de motu
animaliū: t.
Ecph. 16.

^c
5. ph. t. 31.
^d
1. priog. c. de
resolut. syll.
6. top. c. I
loc. 10.
5. p. phiē t. 16
7. p. phiā. t.
23.
10. p. phiā. t.
14

semper est eadem scientia : earundem vero cognitio rerum partem cognitionis illius, quod inueniendum est, obtinet, quando utraque inter se similia sunt; ea enim dicuntur similia, ^e quæ aliquo modo unam quampiam participant communem qualitatem, &, quatenus illam participant, unius cognitio partem habere cognitionis alterius videtur. Quamobrem, si in quacunque illarum ante cognitarum rerum tanta inest, atque comprehenditur vis eius cognoscendi, quod in reminiscentiæ fine inuenturi sumus, & quod propterea reliquum totius reminiscentiæ est, profectò isthuc ipsum excitatum in anima, dum cognitum, & inuentum est post cognitionem alicuius illarum rerum, paruum, & exiguum admodum reminiscentiæ particulam esse putari debet. Hoc igitur modo, & hac ratione conficitur, ac generatur reminiscencia : ex quo sic etiã quærun, & venantur ii, qui minime ita reminisci student, cum scilicet post rei alicuius cognitæ motum diuersum ab his, quos modo commemorauimus, in reminiscencia motus inuentæ rei factus sit, sapius tamen & ipsi reminisci solent, & inuentionis motus in illis extare consuevit, cum alii rerum cognitarum motus, quales diximus, facti fuerint. Itaque reminiscenciam esse ex repetitis memoriis, & ex aliqua annexa cognitione inuentionem cuiuspiam rei satis iam patere mihi persuadeo.

^e
s.p. philet. 16

ARISTOTELES.

NIHIL autem oportet considerare, quæ longe distant, quo modo meminimus, sed quæ propinqua sunt. Manifestum enim, quòd idem est modus, quo dicit id, quod deinceps est, etiamsi non quæsierit ante, neque recordatus fuerit.

Consue-

Consuetudine enim se consequuntur motus inter se, hic post hunc. Et proinde, cum reminisci velit, hoc faciet, & quæret sumere principium motus, post quem ille erit. Quare celerrime, & pulcherrime fiunt ex ipso principio reminiscentiæ. Ut enim se res habent inter sese ex eo, quòd deinceps consistunt, sic & motus. Et ea sunt, quæ bene memoria comprehendendi possunt, quæcunque ordinem aliquem habent, quemadmodum mathematica; alia autem prae, ac difficulter. Et hoc differt reminisci ab eo, quod est iterum discere, quòd poterit aliquo modo per se ipsum moueri ad id, quod est post principium, cum autem non, sed per alium, haud item meminit.

E C P H R A S I S V I I I I.

QVONIAM reminiscentia, ut vidimus, est ex repetitis memoriis, & ex alia adiuncta cognitione inuentio cuiuspiam rei, non est silentio prætereundum, illas repetitas memorias esse rerum, quæ aut finitimæ, & iunctæ, aut remotæ inter se, atque disiunctæ sunt. Quapropter, cum ex hac memoriarum diuersitate diuersus etiam appareat reminiscendi modus, nihil sanè esse opus videtur, ut, quo pacto ex memoriis rerum inter se distantium, ac disiunctarum reminiscentia constituatur, consideremus: in talibus enim rebus memoriæ operatio per se clara, manifesta que est, cum videlicet ex rei vnius repetitione quærat, ac repetatur deinceps alia. Sed, quia in reminiscentia, in qua memoriæ rerum inter se propinquarum, ac finitimarum adhibentur

bentur, ipsa memoriæ actio latere, nobisque esse obscura videtur, propterea qua ratione in eiusmodi rebus agimus memoria, & operamur, cōsiderandum omnino est. Nam, si diligenter, acuteq. rem intueamur, ac perpendamus, planè perspiciemus, in vtroque reminiscendi genere eundem repetendarum memoriarum, quibus id, quod reminiscendo quærimus, deinceps inuenimus, atque pronuntiamus, teneri, atq. seruari modum, quamuis propter eas propinquarum rerum memorias neque ante quæsisse quippiam, neque esse recordati videamur. Etenim cōsuetudine, quæ ex rerum propinquitate, & affinitate existit, vnius memoriæ motus statim alterius memoriæ motum vltro nullo ferè negocio nostro sequitur, & comitatur. Itaque, cum reminiscētia quis vti velit, illud in primis curabit, ut eas vsurpet memorias, quarum vna facile, expediteque subsequatur alteram, ac simul operam dabit, vt vnā, tanquam principium totius reminiscentiæ sumat memoriam, cui motus inueniendæ rei per reminiscentiā consequens deinceps sit. Quocirca, quæ reminiscentiæ ex suo proprio instituuntur principio, eæ celerrime, atque optime conficiuntur. Quem enim ordinem res ex eo, quod sese deinceps consequuntur, obtinent, eundem animæ motus, quibus eadem res aut memoriā repetuntur, aut cognoscuntur, & inueniuntur, retinent, ac seruant. Et quidem ea recte, facileque memoriis comprehendendi, ac repeti possunt, quæcunque, sicuti mathematica, ordine quodam, & serie inter se iuncta tenentur. Mathematica enim theoremata coniunctione tanta colligantur, & constringuntur, ut vnum deinceps ex altero pendere, & nexum esse, ^a posteriusque sine priori minime sciri posse, facile à perito intelligatur. Quorum autem nullus est ordo, nulla est dispositio, ea ægre admodum, ac difficulter memoriæ, atque reminiscentiæ viribus subiici queunt. Vnde hoc etiam inter reminisci, & iterū

G discere,

^a
Eucl. oībus
libris elem.
1. post. 1. 75.

discere (quæ similia quodammodo esse videntur) interest; quòd is, qui reminiscitur, propter memoriarum, quæ ordine aliquo inter se connectuntur, consecutione potest sumpta prima memoria, quæ est reminiscentiæ principium, ad id repetendum, & comprehendendum, quod illi memorie deinceps consequens est, moueri per se, ac peruenire; qui vero non potest sua sponte, & per se rei, quam prius nouerat, cognitionem reuocare, sed ad id assequendum alio eget, à quo denuo doceatur, hic non meminisse, aut reminisci, sed iterum discere censeretur. Quamobrem, b vt supra quoque ostendimus, efficacius est, atque maiorem rerum consequentium cognitionem reminiscendi, quàm discendi, principium habet, siquidem illud ex rerum connexione, quasi institutum cursum ad reminiscendum tenere videtur, hoc autem ad discendum non item.

b
huius lib. t.
Ecph. 7.

Theorema. Discere non esse reminisci.

Hic, cum ex Aristotelis sententia cognouerimus, aliud esse reminisci, aliud vnam, eandemque rem iterum discere, illud quoque accedere, ac sequi videtur tum ex iis, quæ hoc in libro, tum ex aliis, quæ sparsim in vniuersa philosophia ab eodem traduntur authore, vt discere à principio, quod ferè idem est, quod iterum discere, atque reminisci penitus inter se differant, discrepent, diuersaque sint. Verum, quia huic sententiæ grauissima obstat auctoritas Platonis, qui omnè mentis nostræ, ac rationis cognitionem esse memoriam, & reminiscentiā, nihilque aliud à principio discere, quàm reminisci censet, nobis percommodum in præsentia visum est, quid hac de re vterq; istorum summorum philosophorum senserit, & quibus etiam de causis ita senserit, paucis pro nostra virili exponere. Neque id quidem, quo tantam controuersiam suscipere
deci

Ecph. 7.
huius lib. t.
Ecph. 7.

decidendam audeamus, sed, vt cognitis, atque consideratis, quæ in vtrunque dicuntur partem, & nos, quid sentiamus, in medium afferre, & doctissimus quisque de eadem re suum iudicium facere possit. Primum igitur Platonis proferamus sententiam; is enim in eo dialogo, qui Meno, seu de virtute inscribitur, quantum ego summatim, quod ad rem nunc nobis propositam faciat, colligere potui, hæc omnia ponit, animam hominis esse æternam, atq; immortalem, eamque alternis quibusdam seculis modo in corpore illud animando, modo extra corpus degere, ac propter talem degēdi vicissitudinem in omnium rerum, quæ vbi-que sunt, cognitione, atque intelligentia esse versatam, ex eoq. factum etiam esse, vt ipsa in se omne genus contineat scientiarum, quæ tamen scientiæ, dum corporis compagibus anima constringitur, & distinetur, obliuione quasi contrita, & obscurata sint; & ideo, cum nos rei cuiuspiam cognitionem per sensus aliquo modo reuocamus, atque in memoriam redigimus, tum difficile non esse ex ea reuocata cognitione ob vniuersæ omnium rerum naturæ affinitatem, & cognationem quiddam aliud quærere, & inuenire, hanc autem inquisitionem, & inuentionem siue per nos, siue alterius ope susceptam esse reminiscen-
tiam, propterea quod reminisci est ex se ipso, & in se ipso scientiam sumere. Hæc totidem ferè verbis ex Platone expressimus, atque conuertimus. Ex quo, quia æterna, & immortalis est anima, & suum semper siue in corpore, siue extra corpus exequitur proprium cognoscendi, atque intelligēdi munus, eam esse inbutam omnium rerum scientia, ipsamque scientiam, quamuis mole corporis obruta sit, sensuum tamen ministerio, ac rerum vniuersarum cognatione excitari, & quasi redintegrari posse existimat Plato; sicque & omnem cognitionem ex antecepta quadam notione constare, & nos nihil à principio discere, sed

a h' li. t. Ecph.
 b (9.10.
 2. priore c. 26
 1. post. t. 1. 3.
 4. 5.
 h' li. t. Ecph.
 c (7;
 1. de anima
 6. 65. 66.
 2. de aia. t. 21
 3. diaiat. 19. 20
 2. de gener.
 aialium. c. 3.
 12. p. phi. t.
 d (17. 51.
 2. de anima
 1. 21. 152. 155
 e
 2. de aia. t.
 24. 32;
 3. diaiat. t. 1. 5;
 2. de gener.
 aialium. c. 3
 f
 1. de aia. t. 66
 2. diaiat. t. 21.
 3. de aia. t. 7.
 g (19. 20.
 3. diaiat. 5. 14
 h
 3. de aia. t. 3.
 i (5. 14.
 3. de aia. t. 8.
 15. 19. 27.
 k
 3. de anima.
 1. 18. 30. 39.
 l
 1. de aia. t. 66
 3. de aia. t. 20
 h' li. t. Ecph.
 m (3.
 3. diaiat. t. 18.
 30. 32. 39.
 n
 3. de anima.
 1. 10. 27.
 12. p. phi. t.
 o (51
 huius lib. t.
 Ecph. 3. 6.

quasi agnoscendo omnia reminisci. Aristoteles autem,
 et si cum Platone in eo conuenit, quod anima ui intelligen-
 di prædita æterna sit, & immortalis, & quod ^a reminisci,
 ut apud eundem vidimus, ac mox etiam visuri sumus, sit
 ex se ipso, & in se ipso scientiam sumere, ab illo tamē dis-
 sentit, atque discrepat, quoniam ^b discere, & reminisci in-
 ter se prorsus distincta, atq; separata esse vult. Huius au-
 tem distinctionis, ac separationis, quatenus ipse assequi po-
 tui, causa est, quod statuit humanam mentem, seu intelli-
 gentem animam, ^c quoniam sola diuina, & æterna est, à
^d nutriente, ac sentiente aliud animæ genus esse, propter-
 eaque tum ^e ad hominis perficiendam naturam extrinse-
 cus aduenire, tum ^f tanquam æternum quiddam à mortali
 separari posse. Itaque, cum per talem aduentum naturam
 perficit hominis, primo illam quidem in statu solum ^g po-
 tentiæ, & habilitatis esse, & sic tunc ex ^h sese nihil planè
 intelligere; post vero, si ⁱ scientis, ac rerum formis, quasi
 informetur, & reficiatur, ^k eoq. modo intellectui patibili,
 atque mortali, ^l in quo memoriæ vis inest, rursum se,
 tanquam habitum quendam, seu formam impertiuert,
^m eandem per se, ac sua sponte posse species intelligibiles,
 quæ in phantasmatibus ab ipso patibili intellectu suppe-
 ditantur, intelligere. At, cum extra corpus separata degit,
 nequaquam intelligere ea, quæ, dum est in corpore, per
 phantasmata, & cum tempore intelligit, ⁿ sed sine vilo
 phantasmate, & sine tempore seipsam in primis sempiter-
 no æuo intelligere. Vnde memoriæ vim, atque faculta-
 tem non in ipsa mente, sed in patibili, mortaliq; intelle-
 ctu, qui est communis sensus, necessario sitam, atque loca-
 tam esse. ^o Memoriam enim esse affectionem sensus cō-
 munis iam sæpe repetitum, & demonstratum est. Ex his
 igitur eam esse Aristotelis sententiā colligere licet, quod
 anima intelligendi facultate vicens, quæ sola æterna, &
 immor

immortalis est, & in qua nulla inest memoria vis, neque in corpore, quæ extra corpus intellexit, neque extra corpus, quæ in corpore cognouit, meminisse potest, neque propterea, dum cum corpore coniugata, aut dum à corpore seiugata est, omnium rerum, quæ ubique sunt, scientiis aucta, atque ornata est. Ex quo fit, ut homines, cum rerum scientias, ac notiones mente, ac ratione comprehendunt, tum non reminisci, sed primo discere censerī debeant. Quamobrem si aliud discere, aliud reminisci est, sequitur, ut quid inter eorum utrumque intersit, ex eiusdem philosophi autoritate videamus. Nam hæc ambo partim inter se conueniunt, & partim differunt; conueniunt quidem, p quod utrumque ex antegressa quadam cognitione, tanquam ex principio, quo vel discamus, vel reminiscamur, constituitur, differunt autem, & primum, quia principium, & antegressa discendi cognitio mente, ac ratione percipitur, id quod ex demonstrationum, & definitionum principis facile intelligitur, reminiscendi uero principium, quoniam repetita quadam memoria est, non mente, aut ratione, sed communi sensu continetur, atque comprehenditur, deinde, q quia discendi, seu docendi principium late patet, ac tam multa rerum vel genera, vel species sub eo subiiciuntur, ut illo cognito nullius certi, definitiq. aut generis, aut speciei cognitio sequatur, at reminiscendi principium ita cōtractum, & proprium est, ut omnia, quæ deinceps in reminiscencia assumuntur, & quæruntur, r sibi adiuncta, & vel necessitate, vel consuetudine consequentia habeat. Ex quo præclare dictum à philosopho est, s nos per nos reminisci posse, discere autem sine doctore, à quo scientiam, & doctrinam accipiamus, non posse; quoniam t discendi principium, cum magis vniuersale sit, plus potentia, reminiscendi autem, cum minus existat vniuersale, plus actus habet. Aliud igitur esse reminisci, aliud

discere,

p
1. post. t. 1
6. top. c. 1.
loc. 17.
huius lib. 2.
Ecph. 9. 10:
11. 12.
1. p. phiæ. 2.
48.

q
1. post. t. 58.
74. 84.

r
huius lib. 2.
Ecph. 8. 9. 10.
s
huius lib. 2.
Ecph. 9. 10.

t
13. p. phisc. 11

discere, ex his liquido constare philosopho authore arbitramur.

ARISTOTELES.

SAEPENVMERO autem iam non potest reminisci, quærens autem potest, & inuenit. Hoc autem fit mouenti multa, donec talem ciuerit motum, cui consequens erit res. Meminisse enim est inesse facultatem mouentem, id autem est, vt ex se ipso, & ex motibus, quos habet, cieatur, vt dictum est. Oportet autem capeßere principium. Quare ex locis videntur reminisci nonnunquam. Causa autem, quòd celeriter ab alio ad aliud venit, vt à lacte ad album, ab albo ad aerem, & ab hoc ad humidum, ex quo meminit autumnum, hoc anni tempus inquirens.

ECPHRASIS X.

Qv id intersit inter eum, qui reminiscitur, & eum, qui denuo quippiam discit, demonstratum iam est. Quia vero is, qui reminiscitur sumpto reminiscentiæ principio reliqua, quæ deinceps in reminiscencia principium illud consequuntur, potest per se, ac sua sponte cognoscendo assequi, non est, vt, quamuis in reminiscendo id euenire soleat, tamen semper ita promptum, & expeditum esse putemus, ut principio repetito reliquum statim reminiscentiæ munus perficere queamus. Nam vsu sæpe etiam venit, vt ex illo iam principio rem, quæ inueniri debet, & est reminiscentiæ

ſcientiæ finis, quia longè diſtat, & per alia complura interieſta cum ipſo iungitur principio, comprehendere reminiſcendo non poſſimus, at ſi illa interieſta media quærendo percurramus, poſſimus per reminiſcētiā inuenire, quod quærimus. Quod quidem fit, & ei contingit, qui tam multa media cognoscendo mouet, & excitat per illorum phantaſmata in anima, quoad vnum tandem extiterit, cui res, quam ex reminiſcentia quærimus, conſequens fuerit. Hoc autem per ſe facere poſſe reminiſcentem, neceſſe eſt. Dū enim reminiſcitur, meminiſſe etiam nobis opus omnino eſt; meminiſſe autē eſt habere intus in aīa uiuim, quæ nos ad id moueat, & excitet; hoc autē nihil aliud eſſe putare debemus, niſi ex nobis ipſis, hoc eſt, ex cōſignatis in anima phantaſmatibus, & ex motibus, quibus illa phātaſma pro arbitrio noſtro intuemur, & contemplamur ad vſum memoriæ, atque reminiſcentiæ, ſicuti diximus, cieri, ſic tamē, vt reminiſcendi principium ſemper ſumptum ſit. ^a Eſt enim principium aliquo modo primum, & ^b cauſa eorum, quorum eſt principium. Quamobrem ex locis, hoc eſt, ex rebus ita inter ſe nexis, & implicatis, vt quaſi vna naſcatur ex alia, quæ, quatenus arbitrato noſtro aliud referunt, ſub oculis ponuntur, facilius interdum, & commodius reminiſci uidemur. Cauſa autem eſt, quòd propter illam connexionem, & implicationem in eiufmodi rebus ab vna ad alteram, & ab altera deinceps ad aliam animus cito ſe cōuertit, & tranſfert. Vt ſi autumnum expedite reminiſci vellemus, huiuſce reminiſcentiæ aptum ſumeremus principium, orbem lacteum à græcis lac appellatum, ^c qui in aeris ſuprema efficitur regione. Ex eius enim contemplatione nobis illius candor ſtatim in mentem veniret, ex tali autem candore, qui ſine aere conſtare non poteſt, aer ipſe mox occurreret, ex aere autem, qui ^d tum ſua natura, tum humore aduentitio eſt humidus, cogitationi noſtræ continuo

^a p. philoſ. t. 1.
^b de generat.
aialiu. c. 7.

^c 1. Meteo. c. 10

^d 2. de generatione, & corruptione. t. 1. 16. 23.

continuo humidum subiiceretur, ex quo autumnum, si id quæreremus, nobis facile, quia omnium anni temporum esse maxime humidum solet, quasi se sua sponte offerret. Sic igitur in eiusmodi rebus, quas locos appellare consuevimus, quàm expeditus sit reminiscentiæ cursus, apparet.

ARISTOTELES.

VIDETVR autem vniuersale, & medium omnium principium. Si enim non prius, cum ad hoc venerit, meminerit, vel neutiquam amplius aliunde; vt si quis intellexisset, in quibus *A B C D E F G H*. Si enim non meminit ipsius *H. E*, supra ipsum *E. H* meminit. Hinc enim ad ambo moueri contingit & ad *H*, & ad *E*. Si autem non horum aliquod inquirat, ad *C*. profectus meminerit, si *G*, vel *F*. inquirat. Si vero non, ad *A*, & sic semper. Vt autem ex eodem interdum meminerimus, interdum vero non, causa est, quòd ad plura contingit moueri ab eodem principio, vt ab *C*, ad *F*, vel ad *D*.

ECPHRASIS XI.

VT recte, celeriterque reminisci possimus, statim esse capessendum proprium reminiscentiæ principium cognouimus: sed quale huiusmodi principium debeat esse, quia nondum declaratum est, omnino restat, vt declaratur. Atque ea quidem declaratio longe planior, faciliorque erit, si nunc id, quod paulo infra demonstrabitur, pro

pro comperto habuerimus, ^a reminiscentiam esse, tanquam syllogismum quendam. Quia vero ^b in omni syllogismo principium, & causa conclusionis est quiddam vniuersale, quod medium dici solet, propterea etiam in reminiscentia, quod vniuersale, & medium est, per quod ad inuentionem rei, tanquam ad reminiscendi conclusionem, & finem peruenimus, principium reminiscentiæ censeretur, atque haberi debet. Nam, si non possumus ante illius vniuersalis, ac medii comprehensionem aliqua meminisse, vbi illud comprehenderimus, & meminisse, & inuenire, quæ volumus, reminiscendo facile licebit. Quod scilicet aut ita fiet, aut ne aliud quidem, vnde meminisse, ac reminisci queamus, extare poterit. Id autem hoc modo perspectum commode habebimus, vt, si quis iam nossent, quæ se deinceps consequentia his literarum notis A B C D E F G H. significantur, exempli gratia sit A, athenienses vassasse finitimorum agros, B, contra eosdem præterea suscepisse bellum, C, illud male gestum, D, intolerabilia exacta tributa, E, bona multorum ciuium uendita, F, nonnullos inopia affectos, G, ad bellum profectos, H, illorum denique familias extinctas. Si enim duo ista H. E, quæ aliud prius se, atque superius habent, sine iis, quæ sunt interiecta, meminisse ad conficiendam reminiscentiam non possumus, cum ad id, quod supra illa est, peruenerimus, hoc est, cum ipsum D, quod prius, & vniuersalius, & medium est, quo ambo illa meminimus, memoria repetierimus, & comprehenderimus, per belle eorum vtrunq; deinceps meminisse, comprehendereq; poterimus. Nam ex repetitione, & comprehensione ipsius D, ad repetenda, & recolenda ipsa H, & E, nos facile excitari possumus. Si uero neutrum horum inquireremus, sed aut G, aut F, reminiscendo meminisse vellemus, quia istorum vtrunq; prius est, & superius, quàm ipsum H, iure per C. quod al-

H

tius,

^a huius lib. e.
Ecph. 15.
^b 1. prior. c. 5. 6
7. de fig. syll.
1. post. t. 81.
91

tius, ac superius est, quàm D, ipforum alterutrum memoria repetendum, recolendumq. esset. At, si neque F, neque G, sed aliquid etiam istis omnibus superius repetere vellemus, relinqueretur, quia cætera omnia consumpta sunt, ut illud esset ipsum B, quare ad A, supremum principium esset progrediendum. Atque in omnibus reminiscentiis hoc modo semper faciendum est. Cur vero, cum illud vniuersale, ac medium, quod est reminiscentiæ principium, animo complexi fuerimus, interdum ea, quæ deinceps sequuntur, meminimus, interdum autem non, eam debemus existimare causam, quòd ab eodem principio, ^c (quoniam principium sua natura principium multorum est) non solum ad vnum memoria repetendum, sed ad plura, ut ab C, tanquam à principio tum ad F, quod longius abest, tum ad D, quod propius est, moueri possumus. Quamobrem minime mirum, si nonnunquam animus in reminiscendo suspensus, atque ambiguus est.

^c
s. de gener.
aialium. c. 7.

ARISTOTELES.

SI igitur non per obsoletum mouetur, ad id mouetur, quod consuetudine coniunctius naturæ factum est. Tanquam enim natura iam consuetudo. Quare, quæ sæpe animo recolimus, celeriter reminiscimur. Quemadmodum enim hoc natura est post hoc, sic etiam actio. Ipsum autem sæpe naturam facit. Quoniam autem, sicut fit in iis, quæ natura constant, & præter naturam, & à fortuna, etiam magis in his, quæ propter consuetudinem fiunt, quibus sanè natura non simili-

ter

ter inest; vt moueamur interdum & ibi etiam aliter, præsertim & cum abstrahat inde illhuc aliquo modo. Propter hoc & cum opus sit nomen commemorare, sub simile quidem, non autem illud, per solæcismum efferimus. Reminisci igitur hoc accidit modo.

ECPHRASIS XII.

REMINISCENTIA principium esse vniuersale, ac medium, quo cætera reminiscendo comprehendimus, satis, nisi fallor, planum iam factum est. Cum autem ^a omne vniuersale in anima contineatur, profectò aut sic contineri potest, vt crebra, frequentiq. animæ cõtemplatione cultum vigeat, & quodam modo efflorescat, aut, vt rara, atque intermissa consideratione, & animaduersione, tanquam incultum squaleat, & obsolescat. Si igitur ex eo reminiscentiæ principio, quod non sit obsoletum, & squalidum, sed vigeat, & contemplationis cultu, quasi nitescat in anima, ad reminiscendum ciemur, ea nimirum deinceps reminiscendo comprehendimus, quæ, quia illi principio, quod sapius iam nostra cognitione repetiuimus, annexa, & consequentia sunt, naturæ nostræ admodum affinia, atq; coniuncta propter iteratam, ac consuetam eius principii notionem esse facta necesse est. Consuetudo enim contracta ex crebra eiusdem rei, atque repetita contemplatione ad naturæ uim proxime iam accessisse videtur. Vt enim ^b natura principium est, & causa per se, vt illud, in quo primo inest vno, eodemque modo semper sua sponte moueatur, sic consuetudo ex frequentatis actionibus ingenta reddit eum, in quo est, promptum, atque propen-

H 2 sum

^a
2. post. t. 104.
2. de aia. t. 60
1. p. phiæ. c. 1

^b
2. p. n. t. 9.
5. p. phiæ. t. 9.
6. p. phiæ. t. 1

sum ad idem semper agendum, & efficiendum. Quapropter, quæcunque animo sæpe tractamus, & recolimus, ea facile, expediteq. reminisci, & possumus, & solemus. Nā, quemadmodum vnum natura est consequens alteri, vt in pueris nutritioni accretio, sic etiam consueta, ac repetita sæpius actione fit, vt consuetudine vnum consequatur alterum in agendo, & operando, veluti exempli gratia, si quis post cœnam semper inambulare consuesceret. Nanq; ipsum sæpe, atque ipsa iteratio uim, ac naturam consuetudinis parit. Quia vero cōsuetudo æmula, & imitatrix esse naturæ uidetur, consentaneum est, vt, si in his, quæ natura gignuntur, fit interdum id, quod est præter naturam, & à fortuna, seu à casu, hoc est, vt illud, quod generatur, impeditum ab aliqua extrinsecus nascente causa finem suum certum, & naturalem non assequatur, multo etiam magis in iis, quæ consuetudine geruntur, & efficiuntur, contingat, vt homines aliqua abducti causa præter consuetudinem nonnunquam quippiam agant, propterea quod hæc, quæ consuetudine efficiuntur, non tam firmam, atque constantem naturam, quàm illa, quæ naturaliter fiunt, obtinent. Ex quo aliter, atque consuetudo fert, aliquando ad agendum moueri videmur. Idque in primis, cum similitudine aliqua partim ad idem, partim ab eodē abstrahimur, atque auocamur. Itaque etiam, cum nomen aliquod nobis memorare sit opus, neque illud perfecte teneamus, non illud quidem, sed aliud non prorsus ei dissimile vitiose, mendoSEQ; pronuntiare solemus. Quo igitur modo reminiscencia generetur, & homines reminisci consueuerint, dictum hætenus est.

ARISTOTELES.

Quod autem maximum est, cognoscere oportet

ter

2. ph. t. 64. 82.
4. de gener.
2. alium. c. 4.

tet tempus vel mensura, vel indefinite. Est autem aliquid, quo iudicat longius, & breuius; iure autem, quemadmodum magnitudines. Intelligit enim magnas, & procul non porrigendo illhuc intellectum, sicuti uisum nonnulli aiunt, (nam etiam si non sint, similiter intelliget,) sed ratione quadam mouebit. Sunt enim in ipso intellectu similes figurae, & motus. Quid igitur intererit, cum maiores intelligit? Nempe, quod illas intelligit minores. Quemadmodum enim omnes minores, quae intus sunt, proportionem inter se habent, etiam quae extra. Est autem fortasse, ut & formis proportionem sumere, sed in ipso, sic etiam spatiis; ueluti si per lineam $A B$. $B E$ mouetur, facit lineam $A D$. Proportionem enim inter se linea $A C$, & linea $C D$ habent. Cur igitur magis lineam $C D$, quam lineam $E G$ facit, si ut linea $A C$, ad lineam $A B$ se habet, sic linea H , ad lineam M , se habet? Per has igitur simul etiam mouetur. Si autem lineam $E G$ velit intelligere, lineam quidem $B E$ similiter intelligit, sed pro linea $H I$, lineas $K L$ intelligit. Ipsae enim se habent, ut $C A$, ad $B A$.

ECPHRASIS XIII.

QVIA reminiscencia, ut diximus, ex memoriis constat, omnis autem memoria cum aliqua temporis praeteriti cognitione est, propterea ad perfectam, & absolutam reminiscenciae

niscientiæ constitutionem in primis cognitio quædam tem-
 poris adiuncta sit, necesse est. Itaque, cum reminiscentiæ
 principium esse aliquam memoriam oporteat, caput in
 reminiscendo videtur, vt tempus vel certo quopiam ter-
 mino definitum, vel nullo termino comprehensum, ac fi-
 nitum cognoscamus. Vtrocunque enim modo illud noue-
 rimus, nobis ad reminiscendum satis esse existimare debe-
 mus. Atque in nobis sanè inest ratio, qua non solum incer-
 tum, & indefinitum tempus, quemadmodum belluæ, sed
 breue etiam, & longum, quorum alterutrum sit certo ali-
 quo fine terminatum, discernimus, ac diiudicamus. Et id
 quidem iure optimo, sicuti etiam ^a ea ipsa ratione magni-
 tudines iudicamus, atque cognoscimus. Nam & prolixas
 magnitudines, & eas, a quibus longe absumus, ratione cõ-
 prehendimus, & intelligimus, non ad illas videlicet, quæ
 procul sunt, protendentes, ac porrigentes rationem, quem
 admodum, si qua res videri debeat, ^b ad eam usque pro-
 duci, atque proferri uisum, & cum illa coniungi nonnulli
 opinantur, & afferunt, (nā etiam si nullæ tales extant ma-
 gnitudines, ^c ueluti mathematicæ, ipsas tamē similiter, ut si
 essent, intelligere solemus,) sed nostrarum cognitionum
 motibus easdē in anima aliquo modo ciētes, ac p̄cipientes,
 Illarum enim magnitudinum, quamuis vel non sint, vel
 procul absint, similes tum figuræ, tum notionum motio-
 nes, quibus intellectiones efficiuntur, ^d ratione conceptæ
 tenentur. Quod autem consentaneum sit, vt, quemadmo-
 dum magnitudines ratione percipimus, & intelligimus,
 sic etiam tempus percipere, & intelligere queamus, ex eo
 palam esse potest, ^e quod motus in aliqua semper magni-
 tudine sit, tempus autem affectio quædam ipsius motus
 est. Quare, vt usque ad longe distantes magnitudines ne-
 quaquam, quo eas intelligamus, rationem extendimus no-
 stram, sic ulque ad præteritum iam tempus, aut futurum,
 quo

^a
 3. de aīa 2. 23


^b
 lib. d̄ sensu,
 & sensib. c. 2.

^c
 1. post. t. 80.
 63. p. phīc. c. 3

^d
 3. de anima.
 6. 3. 11. 38. 39.

^e
 4. ph. t. 99.
 113. 115.
 5. p. phīc. t. 18

quo illud cognoscamus, minime eam ipsam rationem extendere nobis necesse est. Cum igitur & maiores magnitudines, & minores intelligere possimus, quid interest inter maiores, atque minores intelligere? Id certe interest, quòd, cum maiores intelligamus, etiam minores ipsas intelligimus. Nam, ^f quia minus in maiore includitur, & omnis plana, atque solida magnitudo sic distingui potest, ut illius una pars exterior, ac maior, altera autem interior, ac minor constituatur, si igitur magnitudo aliqua ita distingueretur, certe quas proportionales inter se interioris, & minoris magnitudinis particulæ haberent, easdem. ^f. proportionales inueniri etiam in particulis exterioris, atq; maioris verisimile, vel potius necessarium esset. Sed, ^g cum proportionis notitia propria sit mathematicæ disciplinæ, cuius contemplationi ^h species magnitudinum, tanquam à materia sensibili seiunctæ subiiciuntur, commodius fortasse dicemus, qualis in ipsis speciebus, quæ animo conceptæ sunt, proportio inesse intelligitur, talem in spaciis, & interuallis tam interioris, quàm exterioris magnitudinis, ex quarum utraque species illæ sunt exceptæ, proportionem reperiri, & constitui debere. Veluti si una nobis plana magnitudo quadrata proponeretur, eaque sic distincta esset, ut unum minus quadratum in altero maiore quadrato descriptum cõtineretur, si igitur ab una parte minor magnitudo in hæc spacia A B C D E distingueretur, & ab eadem parte maior in ista F G H I K L M,



& sic,

^f
2. de partib.
aialiũ. c. 17.

^g
Eucl. 5. elem.
in princ.

^h
1. post. t. 101
2. ph. t. 18.
1. de aia. t. 17
3. d. aia. t. 35:
6. p. phi. t. 2
7. p. phi. t. 35
13. p. phi. c.

3

& sic, vt suæ vtrisque spatiis inessent proportionēs, tum quidem, si per totam ipsam transuersam magnitudinem fieret motus, quo in minore, & interiore magnitudine hæc duo spatia A. B. & B. E. quæ tripla sibi inter sese proportionē respondēt, efficerentur, eodem profectò motu spatium etiā A. D. necessario constitueretur. In proportionē .n. maioris inæqualitatis semper minoris inæqualitatis proportio, quæ sit earundem quantitātū, continetur. Cū igitur tripla proportio, quæ inter superiora duo spatia A. B. & B. E. uersatur, sit maioris inæqualitatis, quàm dupla, opus est, ut ex illis duobus spatiis dupla proportio earundem quantitatum elicitā sit; ea autem est inter spatiū A. C. & spatium C. D. Itaque, quoniam ipse motus percurrit omnes, vt diximus, totius propositæ magnitudinis transuersas partes, nulla esse causa videtur, cur magis in interiore, ac minore magnitudine efficiat spatium C. D., modo commemoratum, quàm in exteriorē, atque maiore magnitudine spatium primum F. G. eiusdem quantitatis, siquidem proportio, quæ dupla est inter spatium A. C. & spatium A. B. minoris magnitudinis, similis inter spatium, quod est ab initio maioris magnitudinis vsq; ad H. & reliquum totū spatium vsque ad M. finem eiusdem magnitudinis esse perspicitur. Quamobrem per hæc quoque spatia motus eo ipso tempore efficitur. Ex quibus manifestissime constat, quales in interiore, ac minore magnitudine inueniuntur proportionēs, tales etiam in exteriorē, atque maiore itidem inueniri. Quòd autem, dum intelligimus maioris magnitudinis proportionēs, ipsius quoque minoris omnes intelligamus, ex eo perspicitur potest, quòd, si quis intelligere velit in maiore magnitudine proportionem maximæ inæqualitatis, quæ est quincupla, & uersatur inter spatium F. G. & reliqua omnia spatia eiusdem magnitudinis, necessario etiam intelliget triplam parium quantitatum

tatum proportionem, quæ, cum sit minoris inæqualitatis, in eadem magnitudine, & in illa superiore proportionem continetur. Quia vero hæc tripla proportio in minore magnitudine est maximæ inæqualitatis inter spatia B. E., & A. B., fit, vt intelligendo illam maioris magnitudinis triplam proportionem, simul etiam minoris intelligat eandem pariter triplam proportionem. Itaque, cum hæc tripla proportio in minore magnitudine separatim cognita sit, superuacaneum videretur eandem item separatim cognoscere in maiore, ideo pro hac proportionem, quæ in ipsa maiore magnitudine est inter spatium H, I. & reliqua spatia consequentia eiusdem maioris magnitudinis, intelligere decet proportionem duplam, quæ est inter spatia K. L., & L. M. Hæc enim spatia eadem habent inter se proportionem, quam habet spatium C. A., ad spatium B., A. Quamobrem, cum ex intellectu maioris magnitudinis, & proportionum, quæ in illa sunt, intelligatur simul etiam minor magnitudo, & proportionem, quæ in ea continentur, sequitur, vt cognito item longiore tempore brevius quoque simul cognoscatur.

ARISTOTELES.

Cum igitur simul & rei, & temporis factus fuerit motus, tum ille agit memoria. Si autem putat non faciens, putat meminisse. Nihil enim prohibet decipi aliquem, & uideri meminisse, etiam si non meminit. Agentem autem memoria non putare, sed latere eum, quando meminit, non licet, (hoc enim erat ipsum meminisse,) sed, si rei motus sine temporis motu, vel hic sine illo factus

I fuerit,

fuerit, non meminit. Temporis autem motus duplex est. Interdum enim mensura non meminit ipsum, veluti quòd tertio die, sed tamen, quòd tunc fecit; interdum autem & mensura; sed meminit, etiam si non mensura. Consueuerunt autem dicere, quòd meminere quidem, quando autem, non sciunt, cum nō cognoscant hoc, quando mensura quanta.

ECPHRASIS XIII.

IN vtenda & memoria, & reminiscencia oportere potissimum cognosci tempus vel certum, & definitum, vel incertum, atque indefinitum, idque homini facile factu esse, siquidem in eo ratio inest, qua & longum, & breue tempus, sicuti & magnas, & paruas magnitudines, intelligit, declaratum iam est. Nequis igitur, dum memoria, & reminiscencia vtitur, decipiat, atque in aliquem incurrat errorem, illud tenere necesse est, quòd ad perfectum vsum memoriæ, sine qua reminiscencia esse non potest, necessario anima cieri, atque moueri debet tum ad reuocandam pristinam rei notionem, tum simul ad tempus vel definitum, vel indefinitum, quo rem illam prius nouit, recolendum. Quicumque igitur hunc utrumque simul efficit in anima motum, hoc est, & rem aliquam meminit, & simul tempus aut definitum, aut indefinitum, quo ipsam rem ante aliquo percepit modo, agnoscit, is memoriæ vero fungitur munere; si autem opinatur se facere eos simul geminos motus, & re vera non facit, potest quidem existimare se meminisse, attamen neque meminisse, neque reminisci ullo pacto putandus est. Nihil enim prohibet, quo minus
quis

quis fallatur, ac decipiatur, &, quando nō vere, perfectēq. meminit, se meminisse sibi persuadeat. At, qui memoriæ actione fungitur, vereq. meminit, hoc est, in repetenda rei notione simul præteritum tempus aut definitum, aut indefinitum cognoscit, fieri nequaquam potest, ut ille putet tunc se non meminisse, sed, etiam si meminit, lateat ipsum se meminisse. Isthuc enim, id est memoriæ actione fungi, & meminisse, & hoc non præterire illum, est meminisse. Sed, cum motus, quo rem memoria repetimus, sine motu, quo tempus simul cognoscitur, aut hic sine illo in alicuius anima extiterit, tunc quidem certe is non meminit. In quo illud tenendum est, quod supra quoque diximus, motum cognoscendi temporis, dum meminimus, duplicem esse. Aliquando enim quippiam meminimus recolentes tempus nulla terminatum mensura, sicuti esset tertio, quarto die, sed tantum nos quondam id fecisse, vel novisse memoria repetimus, aliquando autem, quæ perfectior quidem memoria est, certa quadam vel horarum, vel dierum, vel mensium, & annorum mensura meminisse solemus. Verumtamen meminimus, quamvis minus perfecte, etiam si cum nulla temporis certa mensura munus exequamur memoriæ. Id quod ex communi hominum consuetudine, atque opinione facile intelligi potest. Consuevimus enim sæpenumero dicere nos meminisse quidem quāpiam rem, quando autem ea fuerit nescire, aut non memoria tenere, cum non agnoscamus, atque teneamus per aliquam quanti, id est, temporis definitam mensurā, quando res illa extiterit, nobisque nota fuerit. Est enim ^a tempus quantum, quia sequitur motum, motus autem, quia sequitur magnitudinem, quæ est per se quanta, in qua fit, & ^b mensura eiusdem esse debet generis, ac naturæ, cuius est id, quod metimur; quare mensura temporis iure tempus est.

^a
3. ph. t. 70.
4. ph. t. 113
5. p. ph. t. 18.

^b
5. p. ph. t. 12
10. p. ph. t. 4
14. p. ph. c. 3

ARISTOTELES.

QVOD igitur non iidem sunt, qui memoria, & qui reminiscencia valent, dictum est in iis, quæ prius tradita sunt. Differt autem meminisse ab eo, quod est reminisci, non solum secundum tempus, sed, quòd multa etiam aliorum animalium participant ipsum meminisse, reminisci autem nulum, ut ita dicam, eorum, quæ nota sunt, animalium, præterquam homo. Causa autem, quòd reminisci est, tanquam syllogismus quidam. Quia enim prius audiuit, vel vidit, vel sic aliquo modo affectus est, ratiocinatur reminiscens, & est, tanquam inquisitio quædam. Hoc autem, quibus & vis consultandi inest, natura solis accidit. Etenim consultare syllogismus quidam est.

ECPHRASIS XV.

IN memoria, atq; in reminiscencia, & rei prius cognitæ repetitionem cum aliqua præteriti temporis agnitione, & aliquam temporis agnitionem cum rei iam cognitæ repetitione coniungendâ esse modo planè declaratû, atq; monstratû est. Qua quidem in re etiam memoria, & reminiscencia inter se conveniunt, illarum tamen naturæ aliæ, atque diuersæ sunt. Quamobrem illa maneat, rataq. habeantur, quibus inter se differre & eos, qui ad memoriæ, & eos, qui ad reminiscenciae vsum aptiores, & expeditiores sunt, initio tradidimus, & explicauimus. At, si ii, in quibus

bus memoriæ, & reminiscentiæ vsus, & actiones insunt, inter se distant, atque differunt, profectò sequitur etiam, vt actiones ^a ipsæ per se, hoc est, meminisse, ac reminisci, quia cum illis vt coniugata separatim consociantur, inter se pariter differant, atque discrepent. Non solum igitur illud inter meminisse, & reminisci interest, quòd meminisse, sine quo reminisci, vt persæpe diximus, esse non potest, prius tempore, quàm reminisci, est, sed hoc etiã, quòd meminisse in compluribus quoq; animalibus rationis expertibus, reminisci autem in nullo prorsus, vt vno verbo dicamus, eorum animantium, quæ in nostram peruenerunt cognitionem, præterquam in homine esse apparet. Et causa quidem est, quòd sine rationis opera nequaquam reminisci possumus. Est enim reminisci, seu reminiscencia, tanquam syllogismus, & ratiocinatio quædam. Nam, quia ante audiuius aliquid, vel vidimus, vel aliquo modo percepimus, quando reminiscimur, ratiocinando inuestigamus illud, quod reminiscendo inuenturi sumus, & id quidem est, tanquam inquisitio quædam, quæ sine rationis munere effici nequit. Ex illa enim pristina rei repetita cognitione, tanquam ex reminiscentiæ principio reliqua deinceps consequentia, quasi ratiocinando quærimus, atque reminiscendo inuenimus. Sed, ^b cum ratiocinari, & consultare sint opera quædam rationis inter se proxima, & simillima, iure factum est, vt homines tantummodo, quibus solis etiam vis inest consultandi, natura reminisci, & ratiocinari possint; est enim consultatio ratiocinatio quædam.

^a 2. top. c. 3.
loc. 29.

^b 6. Eth. nic. c. 4
3. de aia 1. 33

ARISTOTELES.

Quo'd autem corporale quiddam affectio sit, & reminiscencia inquisitio in tali phantasmate,
 signum

signum est, quod inturbantur aliqui, cum non possunt reminisci, & nihilominus, si magnopere cohibeant rationem, atque non amplius conentur reminisci, & maxime melancholici. Hos enim phantasma mouet maxime. Causa autem, cur non in ipsis sit reminisci, est, quod, quemadmodum iaculantibus non amplius in ipsis est sistere, sic & reminiscens, & venans mouet corporeum quiddam, in quo est affectio. Maxime autem perturbantur, quibus humor consistit circa sensitium locum. Non enim facile desinit moueri, quoad occurrerit, quod quæritur, & recta processerit motus. Quare & timores, & iræ, cum mota fuerint, rursus reluctantibus his, non sedantur, sed contra vrgent ad idem. Ac similis affectio est nominibus, & cantilenis, & sermonibus, cum aliquod eorum in ore etiam, atque etiam habitum fuerit. Iis enim qui canere, & loqui destiterint, ac nolint, rursus canere, atque loqui succurrit.

ECPHRASIS XVI.

DISCERNUNTUR in primis, atque internoscuntur meminisse, & reminisci, quemadmodum ostendimus, ex eo, quod meminisse ab omni prorsus societate, & operatione rationis sua natura se iungi potest, ut in belluis, reminisci autem nullo modo potest. Cum autem ea ipsa ratione homines aut species rerum sensibiles, seu phantasmata,^a que corpori mixta sunt, aut species intelligibiles, tanquam

^a
3. de aia. c. 30
39.
huius lib. t.
Ecph. 344.

^b ex phantasmatibus exemptas intelligunt, profectò, si animum attenderimus, non speciem intelligibilem, dum reminiscimur, sed phantasma per rationem à nobis cognosci, ac percipi per se ipsum habebimus. Nam, si reminiscentiæ principium est repetita quædam memoria, quam esse phantasmatis comprehensionem demonstrauimus, consentaneum certe est, quo tota reminiscencia sibi ipsa consentiat, & similis sit, ut illius reliquum usque ad finem, quasi quærendo, & ratiocinando in phantasmatum pariter comprehensionibus versetur, ac retineatur. Quod igitur & affectio ipsa, siue conceptus animi, quem reminiscendo comprehendimus, sit phantasma, quod corpori admixtum est, & reminiscencia inuestigatio, & inquisitio quædam in eiusmodi phantasmate versans, id nobis argumento esse potest, quod nonnulli, (quia, ^c ut supra diximus, ab eodem reminiscendi principio ad plura moueri licet,) quando reminisci ingrediuntur, & non possunt, magnopere intestina turbantur commotione, neque vero minus idem illis contingit, cum à reminiscendo cohibere rationem nituntur, nec amplius, ut reminiscantur, operam dant; id quod maxime solet euenire iis, in quibus atræ bilis copia inest. Tales enim homines, ^d quia propter atram bilem ui flatus, atque spiritus, qui ^e summe aptus ad mouendum est, abundant, facile, valdeq. ab excitato in anima phantasmate mouentur, ac turbantur. Nec ea quidem interior commotio, & turbatio, quæ corporalis est, unquam existere posset, nisi phantasma, quod à reminiscentiæ principio nostra contemplatione excitatum est, & nos mouet, ^f in corpore defixum, quasi corporatum consisteret. Quamobrem cum ^g eandem habeat materiam communem cum corpore, merito, dum motum, seu excitatum est, interiores corporis partes sibi proximas statim mouet, & spiritum præcipue, qui maxime mobilis habetur. Causa vero, cur,

cum

^b
3. d. aia t. 32.
39.

^c
huius lib. t.
Ecph. 11.

^d
lib. de som.
c. 3.

^e
2. Meteo. c. 8.

^f
huius lib. t.
Ecph. 4.

^g
1. de generatione, & corruptione. t. 4. s. 53.

14.

cum ad reminiscendum fuerimus aggressi, & propterea etiam commoti erimus, in nostra non sit potestate ab ea reminiscendi commotione, si velimus, & cupiamus, discedere, atque desistere, talis est, quod in reminiscendo nobis simile quiddam euenit, vt iis, qui iaculantur, euenire solet. Vt enim illi, postquam iecerunt, & emiserunt telum, nullam habent amplius facultatem eius retinendi, atq; sistendi, quia eorum iam euasit potestatem, sic nos, cum reminiscendo indagamus aliquid, & venamur, mouemus cor, h propriam animæ sedem, in quo quidem corde, & in qua anima simul, sicuti initio diximus, phantasma impressum, & consignatum est: vbi vero cor ex phantasmatis excitationi contemplatione motum est, is videlicet motus iure nostram elapsus est potestatem, quippe quod i cordis motus nullis nostræ voluntatis viribus teneri potest. Sed maxime omnium sic moueri, ac turbari solent ii, in quorum corde, k quod est & sensuum principium, & sanguinis fons, atque receptaculum, tenuis, liquidus, & humidus admodum sanguis continetur. Nam, dum reminiscimur, anima ex phantasmatis contemplatione afficit, & mouet cor, ac simul etiam illum liquidum, & humidum sanguinem, qui in eo est, qui, quia ad omnem mutationem perfacilis est, non prius desistit moueri, quam id, quod quæritur, se obtulerit, & reminiscentiæ motus ad suum finem recta progressus fuerit, atq; peruenerit. Quapropter etiam timores, & iræ, l quæ in corde itidem sanguinis uel calore, vel refrigeratione suscitantur, vbi in talibus hominibus excitata sunt, non ita cito, ac facile sedantur, quamuis illi ipsi homines rursus ea cohibere, atque comprimere contendunt, sed contra tum ad timendum, tum ad irascendum mouent,urgent, & impellunt. Atque in iisdem hominibus affectio ipsa, hoc est, timor, vel ira efficere idem uidetur, quod nomina, cantilenæ, & sermones efficiunt, cum ipso-

rum

h

2. de partib.

aialiu. c. 1.7.

3. de partib.

aialiu. c. 4.5.

lib. de motu

animaliu. t.

Ecph. 18.10.

2. de gener.

aialium. c. 4.

i

lib. de motu

aialium. tex.

Ecph. 21.

k

3. de partib.

aialiu. c. 3.4.

lib. de motu

animaliu. t.

Ecph. 19.

l

2. de partib.

aialium. c. 4.

3. de partib.

aialiu. c. 3.4.

rum aliquod crebra, frequentique usurpatione habitum in ore fuerit. Vt enim nomē, & cantilena, & sermo, ^m quæ ex spiritu maxime mobili ab anima respirato formantur, ^{2. d. aia. t. 90.} si repetita sæpe, & usurpata fuerint, etiam si vel canere, vel nomen illud, vel sermonem formare, proferreque desiderimus, ac noluerimus, tamen ob contractam enuntiandi consuetudinem nobis sæpe imprudentibus, & inuitis cum mobili spiritu formata facile in buccam veniūt, sic timor, & ira, vbi excitata, & ingenita sunt in illa humidi sanguinis facili mutatione, & affectione, quæ apta admodum est, vt non solum cōtinuetur, sed etiam, vt auge scat, durare, ac longius progredi ipsis hominibus etiam nolentibus, atque reluctantibus uidetur. Quamobrē, vt ad institutum reuertamur, phantasma esse, quod ex impressione facta in corde in reminiscendo per rationē comprehenditur, ex his patet.

Theorema. Quomodo aliud memoria, & aliud reminiscencia sit.

EX huius libri doctrina tum quid memoria, tum quid reminiscencia sit, hætenus demonstratum est. Ex quo etiam sine memoria reminiscenciam esse non posse exploratissime comperimus. Vnde memoriam, & reminiscenciam aliquo modo inter se conuenire necesse est. Verum, quia ex iis, quæ proxime deinceps tractata sunt, cognouimus non solum, quemadmodum initio exposuimus, eos, qui memoria, & eos, qui reminiscencia valent, ut tales existunt, inter se prorsus differre, sed etiam memoriam, seu meminisse aliud omnino, atque diuersum esse à reminiscencia, & ab eo, quod est remittisci, propterea nostras esse partes intelleximus, ut in præsentia ex alto causas repentes, quomodo aliud memoria, & aliud remini-

K scencia

scientia sit, perspiceremus. Id autem multo melius, multoque facilius fieri posse iudicauimus, si quæcunque de illarum utriusque natura separatim dicta sunt, ea seorsum in vnam conferremus summam, quam ob oculos animi nostri poneremus. Itaque de memoria hæc accepimus, primū quæcunque aliquo præterito tempore fuerunt cognita, atq; percepta sensibus, illa per se, ac suorum phantasmatum contemplatione in nostram cognitionem memoria reuocari posse, quæcunque autem intellectu nouerimus, ea quidem non per se, sed per phantasmatum alienam naturam nobis etiam meminisse licere; ita memoriam esse phantasmatis per se comprehensionem, & quasi renouatā hoc modo rei cognitionē; & quia illa præterita cognitio in sensu constituit, ac phantasma est cōmunis sensus affectio, propterea memoriam esse cōmunis sensus habitum quēdam, & actionem perspeximus. De Reminiscētia autem antequam, quæ repetenda sunt, repetamus, quoniam, vt vidimus, ratiocinatio quædam est, maxime referre videtur, vt à qua animæ parte vis ratiocinandi prodeat, consideremus. Quamobrem sciendum est, quòd^a intelligibiles species ab intellectu, ^b sensibiles autem à cōmuni sensu percipiuntur, & diiudicantur. Cum igitur intellectus species intelligit, & contemplatur intelligibiles, tum, ^c quasi erectus, & in se ipso manens illas intelligit, & contemplatur, simulq. diuersus, atque contemplatiuus intellectus, ^e & principium scientiæ dicitur. Si uero plures perceptas tum sensibiles, tum intelligibiles species, aut coniungi ad vnum aliquod constituendum, aut disungi, & sic ratiocinari oportet, (quod certe haudquaquam fieri potest, nisi sensibilis, seu accidentis species cum intelligibili, siue cum substantiæ specie copulanda sit, quādoquidem ^f duas diuersas substantiæ species coniungi minime licet,) tunc quidem ad id efficiendum necessaria est operatio intellectus,

^a
3. de anima.

1. 3. 6. 9. 10. 11

37. 38. 39.

^b

2. de aīa. t.

146. 147. 148.

3. d aīa. t. 32.

37. 38.

^c

3. de aīa. t. 10

11.

^d

1. post. t. 195

2. post. t. 107

2. de anima

t. 157.

3. d aīa. t. 21.

26.

^e

1. post. t. 11.

1. post. t. 107

6. Eth. nic. c.

6.

^f

7. p. phiē. t.

49.

ctus, qui, quasi ^g sese inflectēs, & quodam modo cum com-
 muni sensu consocians suam communicet vim, ac facul-
 tatem, ex qua inflexione, & consociatione ille consi-
 stit intellectus, quo ex necessariis ratiocinando ad omnem
 nostrum vsum scientias acquirimus, & comparamus. At, si
 communis sensus species sensibiles, non vt cognoscat,
 solum, sed ^h etiam, vt earum percipiat iucunditatem, aut
 tristitiam, siue quatenus illarum res vel prodesse, vel ob-
 esse possunt, comprehendit, & vnam itidem cum altera
 conferre, aut iungere, disiungereue opus est, tunc etiam,
 (quoniam sensus actio est duntaxat ⁱ apprehendere sensi-
 bilem speciem, aut, vt cognoscat solum, aut vt percipiat si-
 mul illius vel delectationem, vel molestiam,) necessario
^k intellectus se demittere, & ad ipsum communem sen-
 sum applicare debet. Ex qua demissione, & applicatio-
 ne intellectus exoritur practicus, quo actiones nostras in-
 stituimus, atque dirigimus. Si autem idem communis sen-
 sus non sensibilibus species, ^l sed qualitates quasdam ex-
 traneas, & affectiones cognosceret, & ex eiusmodi qua-
 litatum, & affectionum cognitione aliquid aliud in ipsis
 sensibilibus coniiciendo assequi vellet, nihilominus ei etiā
 adhibenda esset intellectus societas, ^m qua societate sta-
 tim opinionis natura paritur, atque constituitur. His igitur
 omnibus certissimum, planissimumq. est omnem vim, ac
 facultatem ⁿ coniungendi, & disiungendi ea, quæ animo
 comprehensa tenemus, atque ratiocinandi ab intellectu
 proficisci. Itaque, vt ad rem propositā & animum, & ora-
 tionem nostram reuocemus, reminiscentiam esse ex me-
 moriis, & ex alia annexa cognitione inuentionem cuius-
 piam rei accepimus. Sed, quia per memorias phantasmata
 solum, quæ sunt, vt sæpius dictum est, sensibiles species,
 percipimus, & ex vna memoria, tanquam ex reminiscētiæ
 principio reliqua deinceps reminiscendo cōprehendimus,

g
3. d. aia. 9. 10.
11.

h
3. de aia. 7. 10.
29. 33. 34.

i
3. de aia. t. 22

k
3. de aia. t. 33
34. 49.
lib. de motu
animaliū. t.
Ecph. 14.

l
3. de aia. t. 39

m
1. post. t. 195.
196.
2. d. aia. t. 177
n
3. de aia. t. 11.
22.

congruere maxime videtur, vt similiter reliqua omnia, quæ sunt post illam primam memoriam in reminiscencia, per sua phantasmata cognoscantur. Et id quidem minime dubium esse debet, tum quia philosophus ita oportere esse ostendit, tum quia reminiscencia neque scientia est, quæ ex causis, vel ex effectibus constituitur, neque principium scientiæ, in quibus solis species intelligibiles apprehenduntur. Quamobrem, etsi memoria, & reminiscencia in re, quæ illarum cognitioni ad proprium obeundum munus subiicitur, inter se conueniunt, (utriq; enim earum phantasmata sunt ad cognoscendum subiecta, & ideo quæcunque memoria comprehenduntur, eadem & reminiscencia, & rursus quæcunque reminiscencia, illa ipsa etiam memoria post aliquantum temporis comprehendendi possunt,) tamen differunt, quod memoria est simplex phantasmatis apprehensio, tâquam propria cõmunis sensus operatio, reminiscencia autem est multiplicium cognitionum connexio, & ratiocinatio quædã, quæ certe sine intellectus functione præstari nullo modo potest. Cum igitur alia sit causa efficiens memoriæ, & alia efficiens reminiscentiæ, & cognoscendi ratio, quæ in illis diuersa est, sit,º tanquam cognitionis forma, iure optimo, quamuis in re ad cognoscendum subiecta inter se conueniant, tamen aliud memoria, aliud reminiscencia esse hoc modo dicitur.

1. post. 197.
198. 199.
1. d. aia t. 17.
6. p. phia t. 1.
13. p. phie c. 3.

ARISTOTELES.

SYNT autem & qui superas corporis partes maiores habent, & qui nanorum statura constant, minus memoria ualentes, quàm, qui contra se habent, propterea quod multam habent grauitatem super sensitiuo, & neque à principio possunt mo-

tus

tus permanere, sed dissoluuntur, neque in reminiscendo recta meant. Paruuli autem admodum pueri, & valde senes immemores sunt propter motum. Hi enim in decretionem, illi autem in accretione multa versantur. Præterea autem pueri etiam instar nanorum sunt, usque ad magnam ætatis partem. De memoria igitur, & de eo, quod est meminisse, quæ natura ipsorum, & quam particularium animæ animalia meminerunt, & de eo, quod est reminisci, quid est, & quo modo fit, & quam ob causam, dictum est.

ECPHRASIS XVII.

QUAMQVAM omnia, quæ ad perfectam, absolutamque memoria, & reminiscentiæ doctrinam attinent, tradita iam, & explanata sint, vnum tamen, quod eodem etiam spectat, minime tacitum esse relinquendum existimari oportet. Illud autem est, quod genus quoddam inuenitur hominum, qui multo minus, quam reliqui, memoriæ, ac reminiscentiæ vi, & facultate pollere videntur. Qui igitur tales sint, & qua de causa ita sint, breuiter demonstrare nunc maxime decet. Itaque, & quibus superæ corporis partes, ^a quæ à capite usque ad locum, quo reliquiæ cibi eiiciuntur, thorace continentur, maiores sunt, quam, quæ infra habentur, atque illas superas sustinent, ac ferunt, & quibus statura similis nanorum est, eos utrosque esse longe minus aptos, minusque idoneos ad vim memoriæ, ac reminiscentiæ obtinendam, quam, quorum partes corporis contra, & melius quidem natura dispositæ, & constitutæ sunt,

explo-

^a 4. de partib.
animalium. c. 10.

exploratissimum etiam ex usu ipso habere possumus. In
 vtrisque enim eiusmodi hominibus locus cordis, ^b in quo
 & communis sensus, & ratio viget, tam magna mole, ac
 gravitate obrutus, atq; oppressus est, ut neq; sensus suum
 sentiendi, neque ratio ratiocinandi munus libere, & expe-
 dite obire, & exequi possit. Atq; ob talem oppressionem
 nequaquam phantasmatum impressiones ab initio confi-
 stere, ac permanere queunt, sed ab illo statim pondere dis-
 sipantur, & dissoluuntur; neq; propterea, dum reminisci-
 mur, motus tum memoriarum, tum aliarum notionum,
 quas in reminiscencia connecti opus est, quia non manent,
 ac durant, vsque ad reminiscendi finem progrediuntur fa-
 cile, atque perueniunt. In istorum etiam numerum refe-
 rendi ferè videntur & pueri admodum parui, & homines
 planè senes: vtrique enim propter nimium, quo assidue
 cientur, & agitantur, motum expertes propemodum me-
 moriæ, & sic etiam reminiscenciæ sunt. ^c Nam senes præ-
 cipiti quadam decretione deficiunt, pueri autem celeri ac-
 cretione augescunt. Accedit præterea etiam, quòd pueri
 magna ætatis puerilis parte nanis, quibus vis memoriæ ab-
 est, ^d persimiles sunt. Quod igitur à principio propositum
 fuit, hætenus tractatum, & explicatum est. Primum enim,
 quid memoria, & quid meminisse sit, & qua animæ parte
 animalia meminerunt, deinde quid item reminiscencia sit,
 & quid reminisci, & quo modo, & qua de causa fiat, o-
 mnino demonstratum est.

b

2. de partib.

animalium. c. 1.

3. de partib.

animalium. c. 3. 10

4. de partib.

animalium. c. 10.

2. de gener.

animalium. c. 4.

lib. de iuven-

tute, & sene-

ctute. c. 1.

c

lib. de respi.

c. 14. 15.

d

4. de partib.

animalium. c. 10.

FINIS.



✠ A B C D E F G H I K.

Omnes duerniones.

Annuentibus Magistratibus.

BONONIAE, Typis Alexandri Benacij.

M D L X V I I.


ABCD EFGHIK



UB WIEN



+AM374033509



www.books2ebooks.eu